

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Liber Florvm Beati Bernardi Abbatis Clarevallensis**

**Bernardus <Claraevallensis>**

**Augusta Vindelicorum, 1519**

**VD16 B 1923**

Incipiunt capitula liber VIII.

**urn:nbn:de:bsz:31-62161**

AFLE  
BER  
AAD  
IRA

& voluntas eius omnino diuine adhærens voluntati fit vna cum ea: vt iam nihil quod contra eam sit inueniatur in omnibus creaturis: sed vniuersa fiant vel magis maneant pro eius arbitrio. Hec est beata spes quam expectant anime sancte.

¶ Capitulum. LXXVI. De duplici glutino cognitionis: scilicet & dilectionis quo sibi coherent lecti spūs in coelo. In ser. de dedicatōe. festiuitas hodierna

**D**issuncta ligna & lapides domū non faciunt: nec in ea habitare quis potest. Sola ergo cōiunctio: domū facit. Sic celestium spiritūū perfecta vnitas sine vlla diuisione cōnixa integram & congruā deo reddit habitationem: quā ineffabiliter beatificat inhabitans gloria maiestatis. Quis enim sciret vniuersa regum consilia: aut quis omnia eorū dicta vel facta sic nosceret: quomodo palacii ligna & lapides si nō deesset illis intelligentiæ sensus? Itaq; celestis illius curiæ lapides viuī ac rationabiles: diuinitatis intersunt cōsilijs & trinitatis misteria norunt: audiūtq; verba ineffabilia quæ non licet homini loqui. Quanto enim plus vident: plus intelligunt. plus agnoscūt: tanto plus diligunt. tanto magis laudant: tanto amplius admirantur. Verū duplici sibi coherent lapides illi glutino cognitionis plene & pfecte dilectionis. Tanto siquidem maiori ad seinuicem dilectione copulant: quanto ipsi dilectioni quæ deus est viciniore affistunt. sed nec vlla separare eos abinuicem suspicio potest vbi nihil omnino quod in altero sit: alterum latere patitur penetrans omnia radius veritatis. Quoniā enim qui adhæret deo vnus spiritus est cum eo: nihil dubium est quin perfecte adhærentes ei beati spiritus cum eo pariter & in eo pendent vniuersa.

¶ Incipiunt capitula libri. viij.

- |   |     |                                     |
|---|-----|-------------------------------------|
| De trinitate creata.                          | i.  | De tribus quæ in ope nostre redē-   |
| De triplici verbo.                            | ij. | prionis sibi inuicem copant. vij.   |
| De tribus considerandis in myste-             | ij. | De triplici benedictione. vij.      |
| rio incarnationis dominice.                   | ij. | De triplici gratia. ix.             |
| De triplici mixtura quā fecit deus            | ij. | De iustificatione: sanctificatione: |
| in assumptiōe nostre carnis.                  | ij. | & glorificatione. x.                |
| De triplici virtute nominis domi-             | ij. | De triplici ministerio ministrorū   |
| ni nostri: quod est Iesus.                    | v.  | christi. xi.                        |
| De triplici vtilitate aduēt <sup>9</sup> dñi. | vi. | De tribus modis quibus nos dilexit  |

deus.  
De trip  
Quid  
to. a  
De tri  
sola bl  
De tri  
cti natu  
vel glori  
De iudi  
to.  
De trip  
& mal  
De tri  
pfecti  
De lib  
placito  
De trip  
licet per  
tertia cu  
De bon  
ope que  
De trip  
ma cre  
tertia  
De in  
ria.  
De tri  
De dip  
De trip  
proxim  
De tri  
De tri  
& op  
De tri  
minu  
De fol  
te.  
De tri  
De tri



deus.	xij.	& cordium.	xxxiiij.
De triplici modo diligēdi deū.	xij.	De iusticia: pace: & gaudio spiri-	xxxv.
Quid sit deū diligere toto corde:		tali.	
tota aīa: tota virtute.	xiiij.	De tribus transeuntibus per hoc se-	xxxvi.
De triplici libertate quarū vltima		culum.	
sola liberū arbitriū noiatur.	xv.	De tribus quæ necessaria sunt præ-	xxxviij.
De triplici libertate quarū prima		lato.	
est nature: scđa gratiē: tertiā vitæ		De triplici mō subiectiōis.	xxxviij.
vel glorię.	xvi.	De tribus metis obediētię.	xxxix.
De iudicio: consilio: & complaci-		De tribus gradibus obediētię.	xl.
to.	xvij.	De triplici modo culpę quæ cōtra-	xli.
De triplici voluntate libera: bona		hitur in transgressione.	
& mala.	xviiij.	De triplici consideratione quę om-	xlj.
De triplici bono quod in se habet		ne opus puenire debet.	
pfectio bonę voluntatis.	xix.	De triplici testimonio alterius: no-	xlj.
De libero arbitrio: consilio: & cō-		stri: & dei.	xljij.
placito.	xx.	De triplici distinctiōe sapiē.	xljij.
De triplici operatōe dei: prima sci-		De triplici genere paupertatis.	xlvi.
licet per quam. scđa contra quam.		De triplici modo viuendi in con-	xlvi.
tertia cum qua operat̄.	xxi.	gregatione.	
De bona cogitatione: cōsensu: &		De tribus quę necessaria sūt ad pa-	xlviij.
ope quę deus operat̄ in nobis.	xxij.	randum domū dei.	
De triplici operatōe dei: quarū pri-		De triplici apparatu necessario ad	xlviij.
ma creatio est. secunda formatio.		custodiā castri dominici.	
tertia cōsummatio.	xxiiij.	De trib <sup>9</sup> piculis in domo dñi.	xlviij.
De intentiōe affectiōe & memo-		De vitate caritate: & fortitudie.	li.
ria.	xxiiij.	De triplici amore.	li.
De triplici fide.	xxv.	De tribus in quibus consistit sūma	lij.
De duplici caritate.	xxvi.	spiritalis exercitię.	
De triplici sollicitudine in dilectiōe		De morte: dyabolo: & p̄c̄ō.	lij.
proximi habenda.	xxviij.	De caritate: castitate: & humilita-	lij.
De triplici vnguento.	xxviij.	te.	lij.
De triplici modo cōfessionis.	xxix.	De tribus impulsorib <sup>9</sup> hoīs.	lv.
De triplici sapientia cordis: oris:		De tribus generibus hoīm non ha-	lv.
& operis.	xxx.	birantiū in adiutorio diuino.	lv.
De triplici modo reuertendi ad do-		De tribus male fructificātib <sup>9</sup> .	lvij.
minum.	xxxi.	De triplici vicio scilicet arrogātia	lvij.
De sobrietate: iusticia: & piera-		& duplici ignorantia.	lvij.
te.	xxxij.	De triplici ignorantia.	lix.
De timore: spe: & caritate.	xxxiiij.	De tribus bonis eminētioribus in	lix.
De triplici vigilia operū: verborū		homine.	lx.



FLC  
BER  
AD  
IRA

## Liber

- De triplici modo sciendi. lxi.  
De tribus occultis. lxij.  
De triplici corde. lxij.  
De tribus petitionib<sup>9</sup> cordis. lxiiij.  
De seruo mercenario & filio. lxx.  
De triplici lege serui mercenarij & filij. lxvi.  
De tribus panibus quib<sup>9</sup> qlibet reficiendus est. lxvij.  
De trib<sup>9</sup> vinculis quib<sup>9</sup> deo astringimur. lxviij.  
De tribus dietis. lxix.  
De oculo: manu; & pede. lxx.  
De triplici aqua. lxxi.  
De triplici loco. lxxij.  
De tribus in opere mundi considerandis. lxxiiij.  
De triplici genere honorū scilicet nataliū. spiritaliū / eternorū. lxxiiij.  
De triplici distinctione honorū supra dictorum. lxxv.  
De triplici genere iustorū. lxxvi.  
De tribus quæ faciunt hominem sanctum. lxxvij.  
De triplici mō cōtēplatōis. lxxviij.
- De tribus quæ impediunt cōtēplationem. lxxix.  
De trib<sup>9</sup> nouissimis metue<sup>9</sup> dis. lxxx.  
De triplici malo quod peccatores passuri sunt in fine. lxxxij.  
De tribus speciebus consideratōis superne. lxxxij.  
De tribus modis quibus vestigād<sup>9</sup> ē deus & bñ spūs q̄ cū eosūt. lxxxij.  
De tribus q̄ faciūt mortē sanctorū preciosam in cōspectu dñi. lxxxiiij.  
De triplici genere sanctorū. lxxxv.  
De triplici gaudio qd̄ habent sancti scilicet ante mortem; ante iudicium / post iudiciū. lxxxvij.  
De tribus cōsiderandis in festiuitatibus sanctorum. lxxxviij.  
De triplici desiderio proueniente de memoria sanctorū. lxxxix.  
De triplici plenitudine habēda in futura vita. xc.  
De triplici modo fruendū deo in æterna vita. xci.

¶ Explicunt capitula.

### Incipit liber octauus.

¶ Capitulū. I. De trinitate creata: & qualiter cecidit suggestionē dyabolica delectatione & consensu. In quibusdam dietis.

**S**EATA illa & sempiterna trinitas pater: & filius: & spiritus sanctus: vnus deus scilicet summa potentia, summa sapientia, summa benignitas; creauit quandā trinitatem ad imaginem & similitudinem suā; animā videlicet rationalem / quæ in eo præfert vestigium quoddā illius summe trinitatis. quod ex memoria: ratione / & voluntate consistit. Sed hæc trinitas creata cecidit per suggestionem: delectationem / cōsensum ab illa summa & pulchra trinitate scilicet potentia; sapientia / puritate.



tate. in quanda contraria trinitatem: & foeda scilicet infirmitatem  
 cecitatem/immundicia. Memoria enim facta est impotens & in-  
 firma: ratio imprudens & tenebrosa: voluntas impura. Porro me-  
 moria que simplicis diuinitatis est potentia stans cogitabat: cecidit  
 in tres species cogitationu, affectuosas: onerosas/ociosas. Affe-  
 ctuosas voco illas in quibus ipsa afficitur, vt in curis rerum neces-  
 sariaru edendi: bibendi / ceteraruq; similitu Onerosas in exteriori-  
 bus amministrationibus & occupationibus duris. Ociosas qui-  
 bus non afficitur nec oneratur: & tamen ab aeternoru contempla-  
 tione per illas distendit. vt si cogiter (verbigratia) equu currentem  
 aut auem volentem. Rationis quoq; triplex est casus. Eius siquis  
 dem discernere erat inter bonum & malu, veru & falsum, com-  
 modum & incommodu. In quibus discernendis tanta caligine exce-  
 catur: vt saepe in contrariu ducat iudiciu/recipiens malum pro bo-  
 no, falsum pro vero, noxium pro comodo: & econuerso. Nunq;  
 vero in his falleretur: si nunq; lumine quo creata est priuaret. Vo-  
 luntatis ruina similiter tripartita est. Quae enim summe benignita-  
 ti & puritati inhærere & eam sola diligere debuit: etiã in hac infi-  
 ma lapsa per concupiscentia carnis & oculoru / & ambitione sae culi  
 terrena dilexit. Quid hoc infœlicius casu potest estimari vbi per-  
 eunte memoria: ratione / voluntate / tota aie substantia interimit?

¶ Cap. II. De triplici verbo. In quibusda sententijs.

**D**icimus verbum inspiratu: verbum eructuatu / verbum in-  
 carnatum. Primu fecit cognitionem. scdm conuersionem  
 tertium viuificationem. Primu obfuit: quia cu cognouit  
 sent deum / non sicut deu glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed  
 euauerunt in cogitationibus suis: & obscuratu est insipiens cor  
 eorum. Secundu non profuit: quia non data est lex quae posset vi-  
 uificare. Tertiu iuuit: quia per carnem redemit. Primu totum de-  
 foris, secundu foris & intus, tertiu totum intus. Et nota quia quod  
 eructuatur de plenitudine eructuantis cu quodam ipsius substā-  
 tię sapore profert. Et idcirco sapientia incarnata dicit: habens in  
 se omnē plenitudinem, in miraculis cognitionem, in doctrina con-  
 uersionem, in passione viuificationem.

¶ Capitulum. III. De tribus considerandis in myste-  
 rio incarnationis dominicę. In quibusdam dicitis.

HH ij



FLC  
BER  
AAD  
IRA

Liber

**M**ysterium incarnationis christi tria in se considerata continet, scilicet formam humilitatis; probamentum dilectionis sacramentum redemptionis. Formam humilitatis demonstrat vagitus paruuli; locus diuersorij; reclinatio in presepio; pannorum inuolutio. Probamentum dilectionis pia mors; quia maiorem caritatem nemo habet; ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Sacramentum redemptionis triplicem ostendit potentiam deitatis, scilicet quod de nihilo aliquid fecit; inueteratum innouauit; temporalem perpetuauit.

¶ Capitulum. III. De triplici mixtura quam fecit deus in assumptione nostrae carnis. In sermone de uigilia natalis domini. Hodie sciatis.

**T**ria opera tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostrae carnis; ita mirabiliter singularia & singulariter mirabilia, ut talia nec facta sint; nec facienda sint amplius super terram. Coniuncta quippe sunt ad inuicem deus & homo; mater & uirgo; fides & cor humanum. Admirabiles istae mixturae & omni miraculo mirabilius; quomodo tam diuersa ab inuicem inuicem potuerunt coniungi. Contraxit se maiestas; ut quod melius habeat; uidelicet seipsum; limo nostro coniungeret; & in persona una sibi inuicem unirentur deus & limus; maiestas & infirmitas; tanta uilitas & sublimitas tanta. Nihil enim deo sublimius; nil uilius limo, & tamen tanta dignatione deus descendit in limum; tantaque dignitate limus ascendit ad deum, ut quicquid deus fecit; limus fecisse credatur, quicquid limus pertulit deus in illo pertulisse dicatur; tam ineffabili quam incomprehensibili sacramento. Haec est prima & superexcellens mixtura; & haec prima inter tres. Aduerte homo quia limus es; & non sis superbus; quia deo iustus es; & non sis ingratus. Secunda est uirgo & mater utique; & ammirabilis & singularis. A saeculo non est auditum quod uirgo esset quae peperit quae mater esset quae uirgo permansit. Nuncque iuxta rerum ordinem uirginitas est ubi foecunditas praedicatur; nec foecunditas ubi uirginitas honoratur. Sola haec est in qua uirginitas & foecunditas obuiauerunt sibi. Ibi semel factum est quod factum non fuerat; nec fiet in aeternum, quia nec primam similem uisa est; nec habere sequentem. Tertia est fides & cor humanum; & haec quidem prima & secunda in

HH

terior: is  
human  
quod deus  
hoc po  
men ta  
faciat co  
ribus ele  
fide defi  
canda. T  
da per q  
frum pe  
deo & l  
firmita  
ro uirg  
uiter co  
tum est  
quod mater  
reueren  
ter esse  
la uirgo  
preuio  
rium e  
non tr  
quia q  
r  
E  
de ide  
catur  
lux: ni  
bus est  
equem  
limus:  
sua sou



ferior: sed non minus forsitan fortis. Mirum enim quomodo cor humanū his duobus fidem accommodauit: quomodo credi potuit quod deus homo esset / quod māserit virgo quæ peperisset. Quomodo hoc potuit per suaderi humano generi: vniuerso orbi terrarū. Et tamen tam facile tam potenter persuasum est: vt mihi hoc credibile faciat credentium multitudo. Iuuenes & virgines / senes cū iunioribus elegerunt mille mortibus mori: quæ vel ad momentū / ab ista fide deficere. Et hæc quidem mixtura excellens: sed excellentior secunda. Tertia vero excellentissima est. In prima vide quid: in secunda per quid: in tertia propter quid: deus dedit tibi. Dedit tibi christum per mariā propter suauitatem. In prima remediū est: quia ex deo & homine cataplasma confectū est: quod sanaret omnes infirmitates tuas. Contulę sunt autē & cōmixte hæc due species in vtero virginis tanquā in mortariolo: sancto spiritu tanquā pistillo illas suauiter cōmiscēte. Sed quia tu dignus non eras cui donaretur: datum est marię, vt per illā acciperes quicquid haberes: quæ per hoc quod mater est genuit tibi deū, per hoc quod virgo est / exaudita est pro reuerentia sua in causa tua & totius generis humani. Si sola mater esset sufficeret ei: vt saluaretur per filiorū generationem. Si sola virgo sufficeret sibi: vt benedictus fructus ventris eius mundi precium esset. Cum ergo in prima sit remediū: in secunda adiutorium est. quia nihil nos deus habere voluit: quod per marię manus non transiret. In tertia autē meritum habemus & in fide sanitas est quia qui crediderit saluus erit.

¶ Capitulum. V. De triplici virtute nominis domini nostri quod est iesus. Super cantica. sermone. xv.

**E**st inter oleum & nomen Iesu similitudo in triplici quadā qualitate olei: quod lucet / quod pascet / quod & vngit. Fouet ignem: nutrit carnem: lenit dolorem. Lux / cibus / & medicina. Vide idem de nomine Iesu. Lucet prædicatū pascit recogitatum: inuocatum lenit & vngit. Vnde putas in toto orbe & tam subita fidei lux: nisi de prædicato Iesu: Nec tantū lux est nomen iesu: sed & cibus est. An non totiens confortaris: quotiens recordaris: Quid eque mentem cogitantis impinguar: Quid ita exercitatos reparat sensus: Virtutes roborat. Vegetat mores bonos atque honestos. Castas fouet affectiones. Aridus est omnis animę cibus: si non oleo



FLC  
BER  
AAD  
IRA

11111111

Liber

isto infunditur. Inspidus est: si non hoc sale conditur. Si scribas nō  
sapit mihi: nisi legero ibi iesum. Si disputes aut conferas non sapit  
mihi: nisi sonuerit ibi iesus. Iesus mel in ore: in aure melos: in cor-  
de iubilus. Est & medicina. Tristat aliquis vestrum: veniat in cor  
eius iesus. & inde saliat in os: & ecce ad exortum nominis lumen.  
nubilum omne diffugit: & redit serenum. Labitur quis in crimen  
currit in super ad laqueū mortis desperando: nonne si inuocet no-  
men vite confestim respirabit ad vitam? Cui in periculis palpitan-  
ti & trepidanti inuocatum virtutis nomen non statim fiducia præ-  
stitit: depulit metum? Cui in aduersis diffidenti iam iamq; defici-  
enti: si nomen adiutorij sonuit/defuit fortitudo? Nihil ita ire im-  
petum cohibet: superbię tumorem sedat: sanat liuoris vulnus: res-  
tringit luxurię fluxum, extinguit libidinis flammā, sitim temperat  
auaricię: ac totius indecoris fugat pruriginem. Si quidem cum no-  
mino iesum hominem mihi propono mitem & humilem corde:  
benignū: sobrium: castum: misericordem: & omni deniq; honesta-  
te: & sanctitate conspicuū, eundemq; iesum deū omnipotentem:  
qui suo me & exemplo sanet & roboret adiutorio. Hęc omnia si  
mul mihi sonant cum insonuerit iesus. Hoc tibi electuariū habes  
o anima mea reconditū in vasculo vocabuli huius quod est iesus:  
salutiferum certe quod q; nulli vnq; pesti tuę inueniatur inefficax  
semper tibi in sinu sit. Semper in manu quo tui omnes in iesum &  
sensus dirigantur & actus. In quibusdam dictis. Bona & desidera-  
bilis vmbra sub alis iesu: vbi tutum est fugientibus refugiū: gratū  
fessis refrigeriū. Miserere mei dñe iesu miserere mei: qm̄ in te cōsi-  
dit aīa mea. Veni dñe iesu & aufer scādala de regno tuo: quod est  
aīa mea/ vt regnes tu q; debes in ea. Venit enim auaricia & vendi-  
cat in me sibi sedem: iactantia cupit dñari mihi. Supbia vult mihi  
esse rex: luxuria mihi dicit ego regnabo. Ambitio/detractio/inui-  
dia & iracūdia/certāt in me ipso de me ipso: cuius ego potissimū es-  
se videar. Ego autē quantū valeo resisto: renitor quātū iuuor dñm  
meū iesum reclamo. ipsi me defendo: quia ipse me iuris agnosco.  
Ipsū mihi deū: ipsū mihi dominū teneo/ & dico. Non habeo  
regem: nisi iesum. Veni ergo domine & dispege illos in virtute tua  
& regnabis in me: quia tu es ipse rex meus & deus meus.

¶ Capitulum. VI. De triplici vtilitate aduentus dñi.



BLB

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe



In sermone de aduentu dñi. Si deuote celeb. ser. viij.

**N**on modo ad nos sed & propter nos venit dñs: qui bonorum nostrorū non eget. Verū nostrę indigentię quantitatem: manifestius ipsa dignationis eius indicat magnitudo. Nec modo periculum egritudinis ex ipso precio medicaminis innotescit: sed & valitudinū numerus ex multitudine remediorum. Vt quid enim diuisiones gratiarū sunt: si non videtur necessitatū vlla diuersitas: Et quidem difficile est vniuersas vno sermone prosequi indigentias quas experimur. Sed occurrūt mihi interim tres cōmunes omnibus: & quodāmodo principales. Nemo enim reperitur in nobis: qui non consilij & auxiliij & præsidij indigens videatur. Nimirū generale est humano generi triplex incommodum: quotquot degimus in ratione vmbre mortis / in infirmitate corporis / in loco tentationis / Si diligenter aduertimus: triplici incommodo hoc miserabiliter laboramus. Nam & faciles sumus ad seducendum: & debiles ad operandū: & fragiles ad resistendū. Si discernere volumus inter bonū & malum: decipimur. Si tentamus facere bonū: deficimus. Si conamur resistere malo: deijcitur & superamur. Necessarius proinde saluatoris aduentus necessaria sit præoccupatis hominibus præsentia christi. Atq; vtinam sic veniat: vt copiosissima dignatione sua: & in nobis per fidem habitans: illuminet cecitatem nostrā. & nobiscū manens infirmitatem nostram adiuuet: & pro nobis stans fragilitatem nostrā protegat & propugnet. Fidelis enim consiliarius qui neq; falli omnino neq; fallere queat. Fortis auxiliarius qui non laescat. Patronus efficax: qui & ipsum sathanam sub pedibus nostris velociter conterat & omnia machinamenta confringat. Nimirū ipse est dei sapientia cui semp in promptu sit instruere ignorātes. Ipse dei virtus / cui facile sit & deficientes reficere: & eripere periclitātes. Qui ad hoc ipm venit in mundū: vt habitans in hoibus / cū hoibus / pro hoibus & tenebras nras illuminaret. & labores leuiaret: & picula ppullaret.

¶ Capitulū. VII. De tribus quæ in opere nostrę salutis sibiñuicem coopant. Sup cantica. ser. lxxviij.

**O**pus nostrę salutis tres sibiñuicem cooperantur: deus / angelus homo. Et deus quidem quidni operetur: Ipse vero ac tota volūtate. & utiq; per se ipse sufficeret: & absq; ad



F L C  
B E R  
A A D  
I R A

III XXO 167

Liber

miniculo horum. Hi aut sine ipso possunt facere nihil. Ergo quod ex illis adsciuuit in opus mysterij huius non sibi solacium: sed profectum quaesiuuit illis. Nam hominibus quidem merita locauit in opere: quia unusquisque secundum proprium laborem mercedem accipiet. siue quis in fide plantat: siue qui rigat quod plantatum fuerat Angelorum autem cum ad salutem generis humani ministerio utitur: nonne facit ut ab hominibus angeli diligantur? Nam quia ab angelis homines diligantur: inde vel maxime aduertitur potest: quod antiqua suae ciuitatis damna ex hominibus resarcitum iri angeli non ignorant. Nec alij profecto regi legibus regnum caritatis decebat quam pijs ipsorum qui pariter regnaturi sunt mutuisque amoribus & puris affectionibus in inuicem & in deum. Est autem in modo operandi differentia multa: pro cuiusque nimirum operarij dignitate. Deus enim facit quod vult. Sola ipsa facilitate volendi sine estu: sine motu: sine praedicio loci vel temporis vel cause vel personae. Porro angelus non absque motu operatur: tam temporali quam locali sine estu tamen Homo autem nec ab aestu animi: nec a motu corporis animique liber est in operando.

¶ Ca. VIII. De triplici benedictione. In quibusdam dictis.

**T**Riplex nobis necessaria est benedictio. Praeueniens / adiuuans / & consummans. Prima misericordiae: secunda gratiae tertia gloriae: Praeuenit misericordia conuersionem: adiuuat gratia conuersionem: perficit gloria consummationem. Nisi tamen hanc benedictionem dederit deus: non potest terra nostra dare fructum salutis. Neque enim aut inchoare bonum: donec a misericordia praueuiamur aut agere bonum: donec adiuuemur a gratia: aut consummare bonum possumus donec gloria repleamur. Verum in his tribus non immerito dulcius sapit ea quae non modo immeritos: sed & male meritos praueuenit. ut dum adhuc filij sumus ire & operamur opera mortis ipse cogitat super nos cogitationes pacis. Et ne petentibus quidem: immo & impetentibus. non inuocantibus: sed prouocantibus non interpellentibus: sed etiam repellentibus spiritum bonum: spiritum uitae: adoptionis spiritum largiatur. Quid illi anime dulcius sapiat cui misericordia tanta non sapit? Proinde benedictio dulcedinis nominatur ea quae praueuenit: quia quae adiuuat fortitudinis: quae consummat plenitudinis est.

T  
cunda  
ramur.  
premi  
cepim  
muner  
  
C  
lium q  
est: & n  
um ver  
ret: sed i  
sed non  
sapient  
per im  
tribul  
ro spe  
sed qu  
piae le  
trem fa  
non ab  
talis d  
Sanct  
ab h  
locu  
patri  
cont  
ifica  
dus h  
diffini



¶ Ca. IX. De triplici gratia. In omelia. Intrauit Iesus.

**T**riplicem gratiam diuinitus accipimus. vnā qua conuertimur. aliā qua in tentationibus adiutamur. tertiam qua probati remuneramur. Prima nos inuitat per quā vocamur. secunda prouehit qua iustificamur. tertia consummat: qua glorificamur. Et prima quidem beneplacitū est. secunda meritum. tertia præmiū. De prima dictum est. De plenitudine eius nos omnes accepimus. De duabus reliquis dictū est: & gratiā pro gratia. id est munera aeternę glorię pro merito temporalis militię.

¶ Capitulum. X. De iustificatione: sanctificatione: & glorificatione. In quibusdam sententijs.

**C**hristus dei virtus & dei sapientia: iustificatur: sanctificatur: glorificatur a filijs suis. Dicamus ergo primū quomodo sapientia iustificatur a filijs suis. Flagellat deus omnem filium quem diligit. Sed initio flagelli dum adhuc sub lege serui dei est: & nescit quoniā filius dei erit murmurat se autē innocentem deum vero crudelem pronunciat. Huic autē christus dei virtus apparet: sed nondū sapientia. quia per flagellū potentiam virtutis sentit sed nondū sapientię suauitatem per intellectū capit. Hunc talem sapientia attingit fortiter per flagellū: & disponit omnia suauiter per intellectū. dum ei inspirat gaudere in tribulationibus scire: quā tribulatio patientiam operat: patientia probationem: probatio vero spem. Spes autē non confundit & iam se non quasi seruū puniri sed quasi filium per flagella erudiri cognoscit. vt hæreditatem capiat se peccatorem: deū vero iustum pronūcians iustificat in se matrem sapientiā. Sed quid prodest peccata inter flagella confiteri: si non ab eisdem per continentię sanctitatem abstineas. Qualis pater talis sit filius: & in sanctimonia filiorū nomen patris sanctificetur. Sanctos enim eos dicimus quos firmos in proposito continentię ab huius sæculi non solū ab illicitis actionibus: sed etiā impudicis locutionibus abstinere videmus. Sed quia sapiens filius gloria est patris: necesse est vt non solū sanctificetur ab eo mater sapientia per continentię stabilitatem sed etiā glorificetur per boni operis fructificationem. Vnde psalmista filiū sapientię describens ait Ioannes homo qui miseretur & cōmodat. Et vere breuis & perfecta diffinitio sapientis. Ioannes enim qui inter flagella confitendo de-



FLC  
BER  
AAD  
IRA

licitum; gaudet illud per presentem tribulationem deleri. Misere  
anime sue placens deo per continentie decorem; comodat proximo  
fructu bone operationis. Et hic est iustus reddens cuique quod  
suum est. Deo confessionem; sibi misericordiam; proximo caritatem.  
Sic autem iustificatur sapientia a filiis suis per confessionem peccato  
rum; sanctificatur per continentie bonum; glorificatur per boni  
operis fructificationem.

¶ Capítulum, XI. De triplici ministerio ministrorū  
christi. In quibusdam dictis.

**M**inisterium ministrorū christi triplex est. seruitutis; carita  
tis; dignitatis. Ministeriū seruitutis corporis castigatio;  
caritatis mentis deuotio. dignitatis corporis christi cōse  
cratio. Primū fit in afflictione. secundū in hilaritate. tertium in humi  
litate. Primū est sacrificiū timoris. scdm amoris. tertium laudis.

¶ Capítulum, XII. De tribus modis quibus nos di  
lexit deus. Super cantica. sermone. xx.

**D**ilexit nos deus dulciter; sapienter; fortiter. Dulce nempe  
dixerim quod carnem induit. cautum quod culpam cauuit. forte quod  
mortem sustinuit. Nam quos sane in carne uisitauit; car  
naliter tamen nequaquam amauit; sed in prudentia spiritus. Itaque quos  
in carne quaesiuit; dilexit in spiritu; redemit in uirtute. Plenum pro  
fus omni suauitatis dulcedine; uidere deum hominem hominis cō  
ditorem. At dum naturam induit prudenter se legit a culpa; etiam po  
tenter mortem propulit a natura. In carnis assumptione cōdesca  
dit mihi; in culpae uitatione consulit sibi. in mortis susceptione satisf  
fecit patri. amicus dulcis; consiliarius prudens; adiutor fortis. Hu  
ic securus me credo qui saluare me uelit; nouerit; possit. Ergo nisi  
amasset dulciter; non me in carcere requisisset illa maiestas. Sed  
iunxit affectioni sapientiam; qua tyrannum deciperet. iunxit & pa  
tientiam qua placaret offensum deum patrem.

¶ Capítulum, XIII. De triplici modo diligendi deū  
Super cantica. sermone. xx.

**D**isce christiane a christo quemadmodum diligas christum.  
Disce amare dulciter; amare prudenter; amare fortiter.  
Dulciter ne illecti; prudenter ne decepti fortiter ne oppres  
si ab amore domini auertamur. Ne mundi gloria seu carnis uolu

ptatib  
ducere  
Ne a  
tuū i  
uidu  
reai d  
cordis  
ge & t  
uis &  
carnal  
tus in  
haere  
stodi  
ment  
tia est  
quin f  
Nech  
de cor  
ration  
amor  
ame  
  
N  
ega  
man  
del  
su  
ho  
aur  
curr  
turb  
uoti  
tod



ptatibus: abducaris: dulcescat tibi præ his sapientia christus. Ne seducaris spiritu mendacij & erroris: lucefcatur tibi veritas christus. Ne aduersitatibus fatigeris: confortet te virtus dei christus. zelum tuum inflammet caritas: informet scientia, firmet constantia. Sit feruidus: sit circumspectus. sit inuictus: nec teporem habeat: nec careat disciplina: nec timidus sit. Dilige dominum deum tuum toto & pleno cordis affectu, dilige tota rationis vigilantia & circumspicione, dilige & tota virtute: vt nec mori pro eius amore pertimescas. Sit suavis & dulcis affectui tuo dominus Iesus: contra male vtiq; dulces vite carnalis illecebras: & vincat dulcedinem dulcedo. Sed sit nihilominus intellectui præuia lux & dux rationi non solum ob cauendas hæreticæ fraudis decipulas: & fidei puritatem ab eorum versutijs custodiendam. verum vt cautus quoq; sis: nimiam & indiscretam vehementiam in tua conuersatione vitare. In quibusdã dictis. Sapientia est deus: & vult se amari. non solum dulciter: sedet sapienter. Alioquin facillime zelo tuo spiritus illudet erroris si sapientiam negligas. Nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem: quam si efficere possit vt in ea incaute & non cum ratione ambuletur. Sup cantica. ser. xx. Sit etiam fortis & constans amor tuus nec cedens terroribus: nec succumbens laboribus. Ergo amemus affectuose: circumspice & valide.

¶ Capitulum. XIII. Quid sit deum diligere toto corde: tota anima: tota virtute. Vbi supra.

**N**on abduci blandicijs: nec seduci fallacijs: nec iniurijs frangitur: toto corde: tota anima: tota virtute: diligere est. Et nota amorem cordis quodammodo esse carnalem: quia magis erga carnem christi & quæ in carne christus gessit vel iussit: cor humanum afficiat. Hoc repletus amore: facile ad omnem huiusmodi dei sermonem compungitur. Nihil audit libentius: nihil legit studiofius: nihil frequentius recollit: nil suauis meditatatur. Altit oranti hominis dei sacra imago aut nascentis: aut lactentis: aut docentis: aut morientis: aut resurgentis: aut ascendentis: & quicquid tale occurrat vel stringat: necesse est animam in amore virtutum vel carnis exurbet vicia fuget illecebras: noxia desideria sedet. In carnis ergo deuotione interim consoletur qui viuificantem spiritum nondum habet: eo dumtaxat modo quo habent illi qui aiunt. Et si cognouimus



F L C  
B E R  
A A D  
I R A

Libe

christum scdm carnem: sed nunc iam nō nouimus. Nam alias qui  
dem nequa q̄ sine spūsancto vel in carne diligitur christus: est nō  
in illa plenitudine. Cuius tamen mensura deuotionis hæc est: vt to  
tum cor illa suauitas occupet: totū sibi ab amore vniuersę carnis  
ac carnalis illecebrę vendicat: hoc quippe toto corde diligere est.  
Vt breuiter dicam / toto corde diligere est omne quod blandit de  
carne propria vel aliena: sacrosanctę carnis amori postponere. In  
quo & mundi gloriã eque comprehendo: quia gloria mundi glo  
ria est carnis: & qui in ea delectantur / carnales esse non dubiū est.  
Bonus iste amor carnalis per quem vita corporalis excludit / con  
temnitur & vincitur mundus. Proficitur aut in eo cum fit & rati  
onalis: perficitur cum efficitur spiritualis. Porro **rationalis** tunc est:  
cum in omnibus quæ oportet de christo sentiri: fidei ratio ita fir  
me tenetur: vt ab ecclesiastici sensus puritate / nulla veri similitudi  
ne / nulla hæretica / seu diabolica circūuentione: aliquatenus deue  
tur. itemq; cū in propria cōuersione illa cautela seruat vt discre  
tionis meta: nulla superstitione vel leuitate vel spūs quasi feruenti  
oris vehementia excedatur. Et hoc est tota anima deum diligere.  
Quod si & adituantis spūs vigor tantus accedat / vt nulla vi labo  
rum vel tormentorū: sed nec mortis metu iusticia vnq; deseratur.  
in hoc etiã tota virtute diligitur: & est amor spiritualis quod nimi  
rum nomen huic specialiter amori cōgruere puto: ob prærogati  
uam vtq; plenitudinis spūs qua præcellit.

¶ Ca. XV. De triplici libertate quarū vltima sola libe  
rum arbitriū noiat. In li. de gratia & libero arbitrio.

**E**st enim libertas a peccato. Sed quis in carne peccati: a pecca  
to sibi vendicat libertatem: hæc igitur libertate dictū merito  
nequa q̄ opinor liberū arbitriū. Est enim libertas a miseria.  
Sed nunquid & istam sibi quispiam in hac mortalitate præsumit?  
Et ex hac itaq; liberū nominari arbitriū non immerito abnuimus  
Est vero quam magis & congruere arbitror libertatem: quã dice  
re possumus a necessitate eo q̄ necessariū voluntario cōtrarium  
esse videtur. Siquidem quod ex necessitate fit tam non est ex volū  
tate: sed econtrario similiter. Verū libertas a necessitate eque & in  
differenter deo vniuersęq; tam bonę q̄ malę rationali cōgruit cre  
ature. Nec peccato nec miseria amittitur: nec minuitur. nec maior

in iust  
Mane  
plena  
integ  
pote  
rebor  
bertan  
tur se  
Nam  
luntat  
Qz si  
pecca  
deest  
let pr  
q; bor  
posset  
volunt  
lumus  
ditliq  
mus li  
capti  
tate  
vel  
lend

C  
dia r  
scda  
ac vo  
ergo  
villir  
anima



in iusto est quæ in peccatore: nec plenior in angelo quæ in homine. Manet namque libertas voluntatis ubi etiam est captiuitas mentis: tamen plena quidem in malis quæ & in bonis sed in bonis ordinatior. Tam integra quoque pro suo modo in creatura quæ in creatore: sed in illo potentior. Quæ autem solent homines conqueri & dicere / volo habere bonam voluntatem & non possum: nequaquam huic præscribitur libertati ut quasi vim aut necessitatem in hac parte voluntas patitur sed plane illa libertate quæ dicitur a peccato / se carere testatur. Nam qui vult habere bonam voluntatem: probat se habere voluntatem. Non enim vult habere bonam nisi per voluntatem. Quæ si voluntatem & libertatem: sed libertatem a necessitate: non a peccato. Nempe ut non valeat cum velit habere bonam: sentit quidem deesse libertatem sed profecto libertatem a peccato quo utique dolet premi non perimere voluntatem. Quamquam iam proculdubio utrumque bonam habet: ubi habere vult: bonum quippe est quod vult. Nec posset bonum velle: nisi bona voluntate. sic nec velle malum: nisi mala voluntate. Cum bonum volumus: bona est voluntas. cum malum volumus: mala est voluntas. Vtrobique voluntas & ubique libertas: cedit siquidem voluntati necessitas. Cum autem non valemus quod volumus sentimus quidem ipsam quodammodo libertatem peccato esse captiuam vel miseram: non tamen amissam. Ex hac ergo tantum libertate qua liberum est voluntati / se ipsam iudicare vel bonam si bono. vel malam si malo consenserit: quippe quæ in neutro nisi certe volendo consentire se sentit: liberum arbitrium credimus nominari.

¶ Capitulum. XVI. De triplici libertate: quarum prima est nature. secunda gratiæ. tertia vite vel gloriæ.

In libro de gratia & libero arbitrio.

**C**um igitur triplex sit præposita libertas: a peccato. a miseria. a necessitate. hanc ultimo loco positam: contulit nobis in conditione natura. In prima restauramur a gratia: media nobis reseruatur in patria. Dicatur ergo prima libertas nature scilicet gratiæ. tertia vite vel gloriæ. Primo nempe in liberam voluntatem ac voluntariam libertatem conditi sumus nobilis deo creatura. Prima ergo libertas habet multum honoris: secunda plurimum & virtutis: nouissima cumulum iocunditatis. Ex prima quippe præstamus ceteris animantibus. in secunda carnem: per tertiam mortem subijcimus.



FLC  
BER  
AAD  
IRA

Liber

¶ Capitulum. XVII. Quid sit iudicium. quid consilium: quid complacitum. In libro. vbi supra.

**I**udicij est discernere quid liceat, quid non liceat consilij probare quid expediat vel non expediat. Complaciti experiri quod libeat vel non libeat. Vtinam tam libere nobis consuleremus quam libere de nobis iudicamus: ut sicut libere per iudicium licita illicitaque discernimus, ita per consilium & licita tanquam comoda nobis eligere: & illicita tanquam noxia respicere liberum haberemus. Jam enim non solum liberi arbitrij: sed & liberi proculdubio consilij ac per hoc a peccato liberi essemus. Sed quid si totum solumque quod expediret vel liceret etiam liberet: nonne liberi quoque esse complaciti merito dicemur. quippe qui ab omni proinde quod displicere potest: hoc est ab omni nos miseria liberos sentiremus. Nunc autem cum multa per iudicium vel admittenda vel omittenda esse decernamus: quae tamen per consilium nequaquam pro iudicij rectitudine aut eligimus aut contemnimus. rursum quia non omnia quae tanquam recta & comoda consule observamus: etiam ut beneplacita libenter amplectimur, sed insuper quasi dura & molesta: vix equanimiter ferre perduramus liquet quia liberum nec consilium habemus nec complacitum. Certissime autem habituri sumus: quam liberum a necessitate arbitrium, quod nunc cuncte rationali creature commune videtur, erit etiam in electis hominibus uti iam in sanctis est angelis & cautum a peccato & tutum a miseria probantibus tandem triplicis libertatis foelici experientia: quae sit bona voluntas dei ac beneplacens & perfecta. Quod quia necdum est sola interim plena integraque manet in hominibus libertas arbitrij. Nam libertas consilij ex parte tantum & hoc in paucis spiritualibus qui carnem suam crucifixerunt cum vicij & concupiscentijs: quatinus iam non regnet peccatum in eorum mortali corpore. Porro ut non regnet libertas facit consilij. Ut non desit ex integro: captivitas est liberi arbitrij. Jam de libertate complaciti in hoc saeculo nequam quid dicemus: vbi vix sufficit dici malicia sua. vbi vita hominis tentatio est super terram: vbi totum occupare videtur miseria. vbi noctes diesque in moerore continuant: nullum profecto temporis spacium complacito vacitum esse relinquitur. Hi tamen & in hac carne raro licet raptimque complaciti libertate fruuntur: qui cum maria optima partem elegerunt: quae non auferetur ab eis. Qui enim iam tenent

quod  
quod  
temp  
part  
plac  
part  
ctiam  
bertas  
quanti  
& in fi

**L**icit: qu  
ture di  
ille: qu  
diabol  
nam v  
siquis  
fuer  
viro  
rito  
fram  
poll  
us po  
quipp  
tame

**V**bero a  
indige



quod auferendum non est experiuntur utique quod futurum est: sed quod futurum est foelicitas est. Porro foelicitas & miseria: eodem tempore simul esse non possunt. Quotiens igitur per spiritum illam participant: totiens istam non sentiunt. Itaque in hac vita soli contem-  
platiui possunt utraque frui libertate complaciti: & hoc ex parte & parte satis modica viceque rarissima. Porro libertate consilij fruuntur etiam quilibet iusti ex parte quidem sed non modica. Caeterum libertas arbitrij cunctis pariter ratione utentibus conuenit: non minor quantum in se est in malis quam in bonis: tam plena in hoc saeculo quam & in futuro.

¶ Capitulum, XVIII. De triplici voluntate: libera / mala / & bona. In libro de gratia & libero arbitrio.

**L**ibera voluntas nos facit esse nostros mala diaboli: bona dei. Creati quippe quodammodo nostri in liberam voluntatem: quasi dei efficiuntur per bonam voluntatem. Porro bonam facit: qui liberam fecit & ad hoc bonam ut sumus aliquod initium creature eius: quoniam expedit profecto nobis magis omnino non fuisse: quam nostros permanere. Dum ergo per malam voluntatem sumus diaboli: quodammodo interim non sumus dei: sicut & cum per bonam voluntatem efficiuntur dei: desinimus iam esse diaboli. Nemo siquidem potest duobus dominis seruire. Caeterum siue dei sumus siue diaboli non tamen similiter desinimus esse & nostri. Manet quippe utrobique libertas arbitrij: per quam manet & causa meriti: quare merito vel puniamur mali: quod tamen liberi ex propria voluntate efficiuntur vel glorificemur boni quod nisi eque voluntarij esse non possumus. Sane diabolo nostra nos mancipat voluntas: non ipsius potestas deo subijcit eius gratia: non nostra voluntas. Nostra quippe voluntas bona quod fatendum est a bono deo creata: perfecta tamen non erit quousque suo creatori perfecte subiecta sit.

¶ Cap. XIX. De triplici bono quod habet in se perfectio bonae voluntatis. In li. de gratia & libero arbitrio

**V**elle malum: defectus quidam est voluntatis: bonum velle: profectus eiusdem. Sufficere autem ad omne quod volumus bonum: ipsius perfectio. Ut ergo velle nostrum quod ex libero arbitrio habemus perfectum habeamus duplici gratiae munere indigemus: & vero videlicet sapere quod est voluntatis ad bonum



FLC

BER

AAD

IRA

LIVXXVIII

Liber

conuersio: & pleno etiam posse quod est eiusdem in bono cōfir-  
matio. Porro perfecta conuersio est ad bonum: vt nihil libeat nisi  
quod deceat vel liceat. Perfecta in bono confirmatio: vt nil desit iā  
quod libeat. Tunc demū pfecta erit voluntas cum plene fuerit bo-  
na & bene plena. Habet siquidem in se duplex bonū ab initio sui.  
Vnum quidem generale ex sola creatiōe: quod a bono scilicet deo  
non potuit creari nisi bona. Alterū speciale: ex libertate arbitrii in  
qua ad imaginem vtiq; ipsius qui creauit est cōdita. Quod si his duo  
bus modis accedat & tertiu cōuersio ad creatorē: reputabit nō im-  
merito pfecte bona. Bona nimirū in vniuersitate: melior in suo ge-  
nere: optima ex sui ordinatiōe. Est autē ordinatio omnimoda cōuer-  
sio volūtatis ad deū: & ex tota se volūtaria deuotaq; & subiecta.

¶ Ca. XX. De libero arbitrio, cōsilio & cōplacito, vbi sup

**A**D liberum arbitriū quantum in se est nō pūnet posse vel  
sapere sed tantū velle; nec potentem facit creaturā nec sa-  
pientem: sed tantū volentem. Non ergo si potens aut sa-  
piens: sed tantū si volens esse desierit: liberū arbitrium amississe pu-  
tanda erit. Vbi enim non est voluntas; nec libertas. Non dico si vel-  
le bonū: sed si velle omnino creatura desierit. Fatendū sine contra-  
dictione vbi iam non ex voluntate bonitas: sed ipsa ex toto volun-  
tas perit: etiam liberum deperire arbitrium. Quod si velle tantum  
bonum non poterit: signum est qd ei desit liberum non arbitrium  
sed consiliū. Si autem non quidem velle sed ad id quod iam  
vult bonum ei posse defuerit: nouerit sibi deesse liberum compla-  
citum: non liberum perisse arbitrium. Si ergo liberū arbitrium ita  
vbiq; sequit voluntatē: vt nisi illa penitus esse desinat: isto non ca-  
reat. voluntas vero sicut in bono ita etiā & in malo eque perdu-  
rat: eque profecto & liberū arbitriū: tam in malo qm in bono; inte-  
grum pseuerat. Et quomodo voluntas etiā posita in miseria non  
desinit esse voluntas: sed dicitur & est misera voluntas, sicut & be-  
ata voluntas; ita nec liberū arbitrium destruere: siue quantū in se  
est aliquatenus imminuere poterit quacūq; aduersitas vel neces-  
sitas. Sed licet vbiq; pariter sine sui diminutione pduret: nō tamen  
pariter sicut de bono potuit per se in malū corruiere: ita quoq; per  
se de malo in bonū poterit respirare. Nemo proinde putet ideo di-  
ctum liberū arbitrium qd eque inter bonum & malū potestate vel



facilitate veretur; cum cadere quidem per se potuerit; non autem resurgere nisi per domini spiritum. Nunc igitur ex eo potius liberum dicitur arbitrium quod siue in bono siue in malo eque liberam facit voluntatem; cum nec bonus quisquam nec item malus dici debeat aut esse valeat nisi volens. Tali iam ratione non incongrue dicitur; ad bonum se & ad malum habere equaliter; quod utrobique videlicet par sit ei non quidem electione facilitas; sed in voluntate libertas. Hac sane dignitatis diuine prerogatiua; rationalem singulariter creaturam conditor insigniuit, quod sui quodammodo iuris in hac parte existeret quatenus non nisi sua voluntate aut mala fieret & iuste damnaretur aut bona maneret & merito saluaretur, non quod ei propria sufficere posset voluntas ad salutem; sed quod eam nullatenus sine sua voluntate consequeretur. Nemo quippe saluatur inuitus.

¶ Capitulum. XXI. De triplici operatione dei; prima scilicet per quam, secunda contra quam, tertia cum qua operatur. In libro. vbi supra.

**O**peratur deus illorum salutem quorum nomina sunt in libro vite; aliquando per creaturam sine ipsa, aliquando per creaturam contra ipsam, aliquando per creaturam cum ipsa. Multa profecto fiunt hominibus salubria per insensibilem; & item per irrationalem creaturam quae idcirco dixerim fieri sine ipsa quod non queat intellectu carere esse vel conscientia. Multa quoque multorum salutis utilia facit deus per malos siue homines siue angelos, sed quam inuitos ideo contra ipsos. Nam dum nocere cupientes iuuant; quantum alijs valet utilis actio tantum ipsis peruersa nocet intentio. Porro per quos & cum quibus operatur deus; boni sunt angeli vel homines qui quod vult deus; & agunt pariter & volunt. Qui enim bono quod opere complectitur; voluntate consentiunt, opus omnino quod per eos deus explicat; ipsis communicat. Videamus secundum dei triplicem operationem quam posuimus; quid creatura neque pro suo ministerio mereatur. Et illa quidem per quam & sine qua fit quod fit; quid mereri potest? Quid illa contra quam fit; nisi iram? Quid & cum qua fit; nisi gratiam? In prima itaque nulla, in sequenti mala, in vltima bona merita conquiruntur. Nec enim pecudes cum per eas bonum aut malum aliquod fit; boni quicquid merentur. Non habent quippe unde de bono malo ve consentiant. Multo minus autem lapides cum nec sen-



FLC

BER

AD

IRA

DE

SV

6

Liber 20

tiant. Cæterum diabolus vel homo malus cū vigeant & vigilent ratione iam quidem merent: sed non nisi poenam pro eo q̄ a bono dissentiant. Quicumq; aut̄ ex consensu voluntatis obediunt: repositam sibi esse confidunt coronā iusticie. Vtitur ergo deus in salutē suorum irrationali, & item insensibili creatura tanq̄ tumento aut instrumento: quę iam expleto opere nusq̄ erunt. Vtitur rationali creatura sed maliuola quasi virga discipline: quā correpto filio in ignem projiciet tanq̄ sarmentū inutile. Vtitur angelis & hominibus bonę voluntatis tanq̄ cōmilitonibus & coadiutoribus suis: quos peracta victoriā amplissime munerabit. Ibi itaq; deus homini merita benigne constituit: vbi per ipsum & cū ipso bonū operari quippiam dignanter instituit. Hinc adiutores dei, cooperatores spiritus sancti, Promeritores regni nos esse præsumimus: q̄ per consensum utiq; voluntariū diuinę voluntati coniungimur.

¶ Capitulū, XXII. De bona cogitatione cōsensu & ope: quę tria opatur deus in nobis. In li. vbi sup̄

**D**Eus tria hæc: hoc est bonū cogitare: velle: perficere: operatur in nobis. Primū sine nobis: scdm̄ nobiscum tertium per nos facit. Siquidem immittendo bonā cogitationem nos præuenit: immutando etiā malā voluntatem sibi per consensum iungit ministrando & consensui voluntatem vel facultatem foris per apertum opus nostrū / internus opifex noster innotescit. Sane ipsi nos præuenire nequaquē possumus. Qui aut̄ bonū neminem inuenit: neminem saluat quem nō præuenit. A deo ergo sine dubio fit nostre salutis exordiū: nec per nos utiq; nec nobiscū. Verum consensus & opus etsi nō ex nobis iam non tamen sine nobis. Nec primū itaq; in quo nos quippe nil facimus. nec vltimū quod & plerūq; extorquet aut timor inutilis: aut simulatio damnabilis sed tantū mediū reputatur nobis in meritū. Sola igitur interdum bona voluntas sufficit: cætera non prosunt si sola defuerit. Non prosunt dixerim: sed agenti nō cernenti. Valet itaq; intentio ad meritum actio ad exemplū: vtrāq; est præueniens cogitatio tantūmodo ad excitandū. Cum hæc ergo inuisibiliter intra nos ac nobiscū actitari sentimus: soli gratię attribuamus. Ipsa liberū excitat arbitrium cū seminat cogitatum: sanat cum mutat affectū: roborat sum p̄ducit ad actum seruat ne sentiat defectū. Si aut̄ ista cū libero



arbitrio operatur: vt tantū in primo illud præueniat: in cæteris comitetur: ad hoc vtiq; præueniens: vt iam sibi deinceps cooperentur. Ita tamen quod a sola gratia ceptum est / pariter ab vtroq; perficitur: vt mixtum non singillatim: simul non vicissim per singulos profectus operentur. Nam partim gratia: partim liberū arbitrium: sed totum singula opere indiuiduo peragūt. Totum quidem hoc & totum illa: sed vt totum in illo sic totum ex illa.

¶ Ca. XXIII. De triplici opatione dei, quarū prima creatio est, sc̄da formatio, tertia cōsummatio. In li. vbi sup̄.

**C**rearis / sanaris / saluaris. Quid horum tibi ex te o homo? Nec creare qui non eras: nec iustificare peccator nec mortuus poteris teipm resuscitare, vt cetera præmittā bona quæ aut sanandis necessaria sunt: aut saluandis reposita. Quod dicitur de primo patet, & de vltimo. Sed & de medio nemo dubitat nisi qui ignorans dei iusticiam: & suā volens constituere / iusticie dei non est subiectus. Quid enim? Agnoscis creatis potentia: saluantis gloria: & sanantis ignoras iusticia: Quis est qui ignoret dei iusticia: Qui seipsum iustificat. Qui merita sibi aliunde præsumit & a gratia. Cæterū qui fecit quod saluaret: etiam dat vnde saluet. Ipse in quā merita donat qui fecit quibus donaret. Igitur qui recte sapiunt triplicem confitentur operationem: non quidem liberi arbitrij: sed diuine gratie in ipso siue de ipso. Prima creatio: sc̄da reformatio: tertia est consummatio. Primo nāq; in christo creati in libertatem voluntatis, sc̄do reformamur per ipsum in spiritū libertatis cum christo: deinde cōsummandi in statum eternitatis. Siquidem quod non erat in illo creati oportuit: qui erat per formā reformari de formem: membra non perfici possunt nisi cum capite. Cum igitur cōsummatio fieri habeat de nobis: siue etiā in nobis: non aut a nobis creatio facta est: sed sine nobis. Sola quæ nobiscū fit quodāmodo propter consensum voluntariū nostrum in merita nobis computabitur reformatio.

¶ Capitulum. XXIII. De intentione & affectione & memoria. In li. vbi supra.

**P**er virtutum exercitia constat interiorem hominem nostrū renouari de die in diem: dum & intentio terrenis incuruat<sup>a</sup> curis: de imis paulatim ad superna resurgit: & affectio circ<sup>a</sup>



F L C  
B E R  
A A D  
I R A

D E I  
S V V  
G I

Liber 0

carnis desideria languens: sensim in amorem spiritus conualecit: & memoria veterū operū turpitudine sordens nouis bonisq; actibus candidata in dies hilar escit. In his nempe tribus interior reuolutio consistit. reuerentia scilicet intentionis: puritate affectionis: recordatione bonę operationis: per quā bene sibi consueta memoria enitescit. Verum etiā hoc cum certū sit diuino in nobis acitari spiritu dei sūt munera. Nā vero cū nostre uolūtatis assensu: nostra sunt merita. Deus ergo auctor est meriti qui & uoluntatem applicat operi & opus explicat uoluntati. Alioquin si proprie appellentur ea quę dicimus nostra merita. spei quę dā sunt seminaria: caritatis incentiua: occultę prędestinationis indicia. future sclicitatis pręsagia. uia regni: non causa regnandi. Deniq; quos iustificauit: non quos iustos inuenit: hos & magnificauit.

¶ Ca. XXV. De triplici fide. In quibusdā dicitis.

**D**um uenit dei filius factus est homo qui erat deus: tanq; bonus medicus dedit pręcepta: quibus obseruatis reformaretur salus amissa. Ut uero pręceptis faceret fidem: exhibuit signa: ut eorum pręceptorū persuaderet ualiditatem promissit beatitudinem. Est ergo fides alia pręceptorū: alia signorū alia promissorum: id est qua credimus in deū: qua credimus deū: qua credimus deo: Credere autē in deum: est in eum sperare: & eum diligere. Per fidem signorū credimus deum qui talia potest: & omnia potest. Per fidem promissorū credimus deo: qui quicquid promittit ueraciter complet. similiter quoq; spes triplex est: & procedit de prędicta triplici fide. Nam de fide pręceptorū oritur spes uenię: de fide signorū spes gratię: de fide promissorū spes glorie.

¶ Ca. XXVI. De triplici caritate. In quibusdā dicitis.

**C**aritas ternario numero colligitur. de corde puro: & conscientia bona: & fide non ficta. Puritatem debemus proximo: conscientia nobis: fidem deo. Puritas autē est quicquid agitur. aut ad utilitatem proximi: aut ad honorem fiat dei. Maxime tamen adhibenda est proximo: quia deo manifesti sumus: proximo autē non possumus: nisi inquantū illi cor nostrum aperimus. Conscientia bonam faciunt in nobis duo: poenitentia & continentia: quando scilicet per poenitentiam peccata cōmissa punimus: & per continentia deinceps punienda non cōmittimus: & hanc debe-



mus nobis. Post hæc superest fides non ficta quæ deo vigilanter exhibenda est: vt nec propter proximū cui nos impendimus offendamus deū: nec propter conscientiam quam per poenitentiam & continentiam in humilitate custodire volumus: minus exequamur mandatorum dei obedientiam: & hæc est fides non ficta. Non ficta autem ponitur ad differentiam mortuæ fidei & fictæ. Mortua fides est que sine opibus est. Fides ficta quæ ad tempus credit. & in tpe tentationis recedit. Vnde etiam ficta id est fragilis dicitur. In epistola ad hericum senonensem episcopum quæ suscepta quidem ex caritate vitam moueri inchoat ad bene operandum: sed non perseverans deficit & moritur tanquam abortiua. Qualis cuiusque sit fides: tribulatio probat. Si cuius deficit: deficit enim cum in caritate non perseverat: ficta esse dinoscitur. Si cuius perseverat: probata & perfecta censetur.

¶ Capitulum. XXVII. De triplici sollicitudine in dilectione proximi habenda. In quibusdam dicitur.

**V**T veritatis discipulos nos esse probemus: diligamus inuicem. Et in hac dilectione triplici sollicitudine vigilemus: quia deus caritas est: & omnem sollicitudinem nostram illi debemus id est vt nascatur: vt crescat: vt seruetur. Nascitur si cibaueris inimicum: si potum dederis ei: quia hæc faciens carbones ignis congeres super caput eius. Carbones ignis sunt opera caritatis: quæ congeruntur super diabolum qui est caput omnium iniquorum: vt ablato eo, nascatur eis caput deus qui est caritas. Crescit si necessitatem patienti subueneris: si volenti mutua prestiteris: si amico animum tuum aperueris. Seruatur si loquendo vel exhibendo etiam quæ non videntur necessaria: amicorum voluntati satisfeceris. Seruatur etiam & augetur bono vultu, dulci sermone, hilari operatione: vt caritatem quam vultus & sermo indicant: pia & hilari operatio confirmet. Quia exhibitio operis: probatio est dilectionis.

¶ Capitulum. XXVIII. De triplici vnguento. Super cantica, sermone. x.

**F**st vnguentum contritionis, delicta multa complectens. Et est vnguentum deuotionis multa continens beneficia: est & pietatis. Primum pungituum dolorem faciens: quia mouet ad compunctionem amara recordatio peccatorum. Secundum temperatiuum dolorem leniens: diuine bonitatis intuitu consolationem dante.



AFLC

BERI

AAD

IRA

DEI

SVV

GI

Liber

& sedante dolorem. Tertium sanatiuum: etiam morbum expellens. Nunc de singulis differamus. Est ergo unguentum quod sibi anima confidit: multis irretita criminibus. Sed cum incipit cogitare vias suas congerat conteratque in mortariolo conscientie multas ac varias species peccatorum suorum: & intra estuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam poenitentiae & doloris. Ecce hoc est unum unguentum quo anima peccatrix suae conversionis primordia condire debet: plagisque suis recentibus adhibere. Primum namque sacrificium deo spiritus contribulatus. Nec est omnino spernenda nec vilis estimanda huiusmodi species unguenti: cuius odor angelos ad exultationem inuitat. Sed est unguentum tanto isto profecto pretiosius: quanto de melioribus compositum speciebus. Fit enim unguentum illud de diuinis collatis humano generi beneficijs. Felix qui ipsa sibi studiose colligere: & ante mentis suae oculos dignam gratiarum actionem reducere curat. Profecto cum fuerint in vasculo pectoris / pistillo crebrae meditationis contusa atque contrita: denique igne sancti desiderij simul decocta omnia. & demum impinguata oleo leticiae / erit unctio longe pretiosior excellentiorque pretiore. Sup. cantica. sermo. xij. Sed & unguentum quod ambobus longe antecellit: & hoc appellauerim pietatis: eo quod fiat de necessitatibus pauperum: de anxietatibus oppressorum: de perturbationibus tristitum: de culpis delinquentium. & postremo de omnibus quorum libet miserorum erumnis: etiam si fuerint inimici. Despicabiles videntur species istae. Sed est super omnia aromata unguentum quod ex eis conficitur. Sanatiuum est beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Igitur multae misericordiae collectae atque oculo pietatis inspectae: ipsae sunt species ex quibus unguenta optima componuntur.

¶ Ca. XXIX. De triplici modo confessionis. Sup. can. ser. xvi

**O** mne quod remordet conscientiam confitere humiliter: pure: fideliter. Nonnunquam audimus aliquos reminisci ac tacite citare impudentissime mala sua praeterita: quae (verbi gratia) aliqui vel fortiter gladiatorio vel argute literatorio gessere conflictu: seu aliud quid secundum mundi quidem vanitatem fauorabile: secundum animae vero salutem nocuum: perniciosum / damnosum. Nonnulli talia rememorant quasi dolendo & poenitendo: sed gloriolam in intentione captantes commissa sua non diuunt: sed seipsum



illudunt. Nam deus non irridetur: nec proditur aut proijcitur ve-  
 tus fermentū illa confessione: sed statuit. Sed est confessio eo peri-  
 culosius noxia quo subtilius vana cum ipsa etiā inhonesta & tur-  
 pia detegere de nobis non veremur / nō quia humiles sumus: sed vt  
 esse putemur. Appetere autē de humilitate laudem / humilitatis nō  
 est virtus: sed subuersio. Verus humilis vult vilis reputari: nō hu-  
 milis prædicari. Gaudet contemptu sui: hoc solo sane superbus q̄  
 laudes contemnit. Quid puerius: quid ve indignius: vt humilitatis  
 custos confessio superbię militet: & tamen velis videri melior / &  
 inde videris deterior. Mirabile iactantię genus: vt non possis pu-  
 tari sanctus / si non appareas sceleratus. Ac talis confessio speciem  
 habens humilitatis nō virtutem: non solū veniam non meret: sed  
 & prouocat iram. Ecce cur humilem confessionē esse debere dixi.  
 Oportet autē esse & simplicem. Non intentionem forte quia latet  
 homines: excusare delectet si sit rea: nec leuigare culpam quæ gra-  
 uis est: nec alieno adumbrare suasi / cum inuitū nemo coegerit. Pri-  
 mū illud non confessio est: sed defensio. non placat: sed prouocat.  
 Sequens monstrat ingratiitudinē: & quo minus reputatur cula-  
 pa: eo & minuitur gloria indulcoris. Sed enim minus libenter be-  
 neficiū datur: quod minus grate minus vē necessarie prouenire sen-  
 titur. Veniā sibi proinde abiudicat: qui munus largitoris attēnuat  
 quod quidem omnis facit qui reatū suum verbis alleuiare conat.  
 Genus excusationis est cū argueris tu aliū incusare. Porro excusa-  
 re te velle quando corripis: nō modo minime fructuosum: sed  
 & perniciosum. Merito quidem. In animā suā peccat qui se excus-  
 fat: repellens proinde a se indulgentię medicinā / & sic vitā ore pro-  
 prio sibi intercludens. Et quēnā maior malicia q̄ propriā armari  
 in salutem: & linguę tuę temetip̄m mucrone confodere. Sit autē &  
 fidelis cōfessio vt confitearis in spe: de indulgentia penitus nō dis-  
 fidens: ne tuo te ore non tam iustifices q̄ condemnes.

¶ Capítulum. XXX. De triplici sapientia cordis:  
 oris: & operis. In quibusdam sententijs.

**S**apientia cordis est in pœnititudine peccatorū præteritorū: in  
 contemptu præsentīū commodorū: in desiderio futurorum  
 præmiorū. Inuenisti plane sapientiā si prioris vitę peccata de-  
 fleas: si huius sæculi desideria paruipendas: si æternā beatitudinē



AFLO

BER

AAD

IRA

DE

SV

6

Libro

toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapientiam si tibi horum singula sapiunt prout sunt. Vthaec quidem amara & omnino fugienda: ista quoque velut caduca & transitoria contemnenda, illa vero ut perfecta bona totis appetenda desiderijs: intimi quodam animi sapore diiudices & discernas. Sane in his tribus ore affluens sapientia vel prudentia: si sit in ore confessio proprię iniquitatis: sit gratiarum actio & vox laudis: sit etiam sermo edificationis, Nimirum corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Atque in principio quidem sermonis iustus accusator est sui: nam in medio magnificare deum: in tertio quoque si eatenus affluit sapientia edificare proximum debet. Iam vero & in opere affluendum est sapientia & maxime. Quæramus ergo in opere triplicem affluentiam. Ita que prout ego que ad opus pertinet copiose satis affluere sapientia quicunque continenter: patienter & obedienter conuersatur. Tantum ut fidelis obedientia propria mortificet voluntatem: humilis continentia seculari pariter & carnalem amputet voluptatem, hilaris patientia utranque similiter & corporalem scilicet & mundialem viriliter sustineat aduersitatem.

¶ Capitulum. XXXI. De triplici modo reuertendi ad dominum. In quibusdam sententijs.

**Q**ui vult venire post me: per me: ad me. Post me: quia veritas sum. per me quia via sum. ad me: quia vita sum. Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam: & sequatur me. Tria proposuit christus: dei virtus & dei sapientia, angelus magni consilij: anime rationali ad imaginem trinitatis factę, scilicet seruitutem vilitatem: asperitatem. In abnegatione sui seruitus: in tollitione crucis vilitas in imitatione christi designat asperitas. Ut que per inobedientiam de statu trine felicitatis ceciderat: humiliata afflictione trine miserie per obedientiam resurgat. Ceciderat igitur a se / a societate angelorum: a visione dei, id est a libertate: a dignitate: a beatitudine. Audiat ergo consilium: ut abnegando seipsum, id est propriam voluntatem sui libertatem recuperet. Tollendo crucem suam, id est carnem suam cum vicijs & concupiscentijs crucifigendo: & per continentie bonum recuperet societatem angelorum. Sequendo christum, id est eius passionem imitando: recuperet claritatis eius visionem: quia si compatimur & conregnabimus.



¶ Capitulum. XXXII. De sobrietate: iusticia: & pietate. In quibusdam sententijs.

**E**sbrietas exterior voluptatum effusio: interior curiositatum occupatio. Ecōtra sobrietas exterior voluptatū refrenatio: interior curiositatū exclusio. Itaviuit homo sobrie quantū ad se ipsum iuste quantū ad proximū: cui exhibet quod iustum est. Iusticia est in duobus modis in innocentia: & in beneficentia. Innocentia iusticiam inchoat: beneficentia cōsummat. Pie quantū ad deum. Pietas est in duobus vt de nobis non presumamus: sed in deo pfecte confidamus: vt per eū oīa impedimenta mundi vincamus.

¶ Capitulum. XXXIII. De timore: spe: & caritate. In quibusdam dictis.

**V**iri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt dies suos: per seuerantes in sua vetustate vsq; ad mortem: & hoc quia non timent dñm. Verum qui timore dei initiatur ad sapientiam: is continuo dimidiat dies suos: exclamans præ timore vadam ad portas inferi. Cuius vtiq; inferi metu cū cœperit quiescere a malis: incipiat de bonis quærere consolationem: qua necesse est in alterutro consolari. Est autē bona consolatio de spe salutis eterne in qua translatis peccatis que separabant inter ipm & deū: per dei gratiā reuiuiscit & hilarescit. In quo cū cœperit proficere quia qui vult pie viuere in christo: necesse est (teste scriptura) persecutionem patiatur. vt recens gaudiū vertatur in mœrorem: & dulcedo boni vix summis (vt ita dicā) labijs attacta in amaritudinem cōmutetur. Plorat ergo amaritus amissam dulcedinem q̄ prius fleuerat admissā peccatorū amaritudinem. & hoc tandiu facit: donec deo miserante consolatio redit. Qua denuo redeunte: cognoscit eam quā passus est tentationem probationem fuisse: nō desolationem. Porro probationem fuisse ad eruditionem: nō ad destructionem. Vnde & cognito suo de tentatione pfectu: non tantū refugit: sed etiam tentari appetit. Crebris itaq; huiuscemodi vicissitudinibus inter gratie visitationem & tentationis probationem: in scola virtutum pficiens faciente vtiq; visitatione ne deficiat: tentatione ne superbiat. Tali tandem exercitio mundato oculo interiori: statim adest lux cui fideliter inhærere cupiens: sed corpore pressus non preualens: ad seipm nolens dolensq; resilit. Gustato tamen aliqua



FLO

BERN

ADA

IRA

DE

SVV

GI

Liber

tenus est dulcis est dominus: eius ad sua etiam cum redierit in cordis palato saporem retinet, quo fit ut iam ipsum non ipsius quæcumque bona desideret: & hæc est caritas non quærens quæ sua sunt. Hæc facit non quærentem sua: sed patrem diligentem. Timor quippe faceret seruum sua incommoda declinantem: spes mercenarium ut sua lucra sectantem. Non reuelat seruo veritas: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Sed nec mercenarius rapitur ad contemplandam veritatem: qui propriam quærit utilitatem. Filio autem pater notam faciet veritatem suam. Reuelatur itaque seruo dei potestas: mercenario foelicitas: filio autem veritas. Non quod in deo ista discreta sint: cui idem est posse quod foelicem & veracem esse: sed quod a creatura creator pro diuersis eiusdem creature affectibus diuersis sentiat respectibus.

¶ Capitulum. XXXIII. De triplici vigilia operum verborum & cordis. In quibusdam sententijs.

**V**igilemus super opera nostra: ne vel omittamus quod preceptum est: vel quod est prohibitum committamus. Vigilemus etiam super verba nostra: ne in eis vel offendere deum: vel proximum nocere contingat. Foelix siquidem quem in omni consolatione duplex iste timor sollicitat: & duorum consideratio stimulat auditorum. Primum quidem diuine maiestatis: in cuius manus incidere prorsus horrendum est. Dehinc fraternæ infirmitatis cui nihilominus profacile est offendiculum dare. Est autem vigilia super cor cui sane omnem iam custodiam exhibere sapiens monet: nimirum quia ex ipso vita procedit. Ego tamen etiam hanc constare arbitror specialiter in duobus: ut videlicet super affectionum pariter & cogitationum suarum greges mens sollicita vigilanter intendat. Et bene huic datur omnis custodia: a quo ceteras quoque duas procedere constat. nisi forte quod absit simulationis gerantur studio: & pietatis habeant speciem non virtutem. Sicut enim fontis vena scaturiens nisi fontes ante repleuerit adiacentes: nec refluere non sedari: nec in altum sese tollere praeualebit quod videlicet alias occupet. sic humanus animus donec eas quas praediximus manus & lingue custodias foeliter impleat: nec ad perfectam hanc sui ipsius poterit reflecti curam: nec iocunda deuotionis tranquillitate frui: nec in sublimem diuine contemplationis proficere gradum.

¶ Ca. XXXV. De iusticia pace & gaudio spiritali. In quo sententia.



**E**Xhibent angeli iusticiam deo : pacem nobis gaudium sibi  
 Sic & tu o homo noli prius rapere quod tuū est : & iusticiā  
 quam deo debes : & pacem quā proximo debes cōtemnere.  
 Iusticia virtus est : qua redditur vnicuiq; quod suum est . Tu non  
 solum iusticiam : sed multas & multiplices iusticias debes creatori  
 Quicquid es quicquid potes / debes creatori : redimenti vocanti . Sed  
 cum iusticiam feceris : fac & pacem . Quādiu enim sumus in hoc  
 vase testeo & fragilitate cōplexionis humane non possumus inue  
 niri scandalo rū prorsus immunes . Si igitur recordatus fueris q̄  
 frater tuus habet aliquid aduersum te : sis humilis ad veniā peten  
 dam . Si tu habes aduersus illū : sis facilis ad dandā : & omnia mem  
 bra erunt in pace . Si enim ad duo ista caritatem & humilitatem pa  
 ratissimi : nō poterimus dissentionem sentire . Sic enim procedenti  
 bus erit gaudiū in spiritu sancto . Non quidem gaudiū carnale : nō  
 gaudiū sæculare : non cuius extrema luctus occupat : sed in quod  
 magis tristitia vertit̄ . Non deniq; gaudiū eorū qui letant̄ cum  
 malefecerint : & exultatio quæ in rebus pessimis est : sed gaudiū in  
 spiritu sancto . Vnde aut̄ hoc gaudiū nisi de iusticia & pace pro  
 cedit̄ : Erit quando gaudiū nostrum purū erit & plenum : vt non  
 modo in spiritu sed de ipso quoq; spiritu gaudeamus .

¶ Capitulum . XXXVI . De tribus transeuntibus  
 per hoc sæculum . In sermone ad abbates .

**H**oc mare magnum in quo vtiq; certum est / non aliud q̄  
 præsens sæculum amarū intelligi : tribus hominū generi  
 bus sicut cuiq; modo peruiū est : vt transeāt liberati . Tres  
 enim sunt : noe : daniel : & iob . quorū primus nauis : nam secundus  
 ponte : tertius vado transit . Porro tres homines : tres ordines eccle  
 się signant . Noe quidem arcam rexit ne periret diluuiō : vbi proti  
 nus agnosco formā rectorū . Daniel vir desideriorū abstinentię &  
 castimonie deditus : ipse est soli deo vacans poenitentiu & cōtinen  
 tiū ordo . Iob quoq; substantiā huius mūdi bene dispensans : in cō  
 iugio fidelem designat pplm̄ terrena licite possidentē . Cōiugatorū  
 ordo est q̄ mare magnū vado p̄transit : laboriosū prorsus & p̄icu  
 losū : etiā & longū habens iter quippe q̄ nulla vię cōpendia captat  
 Nam q̄ periculosū sit iter in eo patet : q̄ tā multos in eo perire do  
 lemus : tā paucos videmus p̄transire . Vade em̄ difficile est p̄sertim



FLO

BERN

AADA

IRA

DELE

SVV

GI

Liber

diebus istis quibus malicia nimis inualuit: inter vndas huius sæculi voraginem victorū & criminaliū peccatorū foueas declinare. At continentiū quidem ordo ponte pertransit: quod iter breuius & facilius: & etiā securius esse nemo qui nesciat. Porro prælati quidam ipsi sunt: qui descendunt mare in navibus: facientes operationem in aquis multis. Neque enim certa pontis aliqua seu vadi semita coartantur vt libere possint vsquequaque discurrere & occurrere singulis: vt oportet ac dirigere pontis semitā / seu vadi ordinare gradientes / pericula inuestigare ac declinare: excitare tepidos: pusillanimes sustentare. Denique ascendunt vsque ad cælos: & descendunt vsque ad inferos: nunc quidem tractantes sublimia, nūc infernalīa & horribilia facta dijudicantes.

¶ Capitulum, XXXVII. De tribus quæ necessaria sunt prælato. In sermone. Vnde supra.

**P**uritatem cordis in eo prælatus habet: si prodesse magis desiderat quæ præesse: si propriū commodū vel honorem seu aliud quippiā suum in prælatione nō quærat præter solum beneplacitū dei: & animarū salutem. Sed cum intentione pura irreprehensibilis quoque necessaria est cōuersatio: vt forma factus gregis: incipiat facere docere: & scdm̄ magistri nostri regulam quæcumque docuerit discipulis esse contraria / hæc in suis acibus indicet non agenda: ne forte submurmurare possit frater quem arguit & dicere, Medice cura teipsum. Talis enim occasio plurima damnatio prælati: plurima subditorum perditio est. Non quæ sine peccato penitus esse possit in hac misera vita: sed quæ ea quæ arguit in discipulis: oportet summopere vitare magistrū. Ob hoc qualis est in cōuersatione: talis sit necesse est etiā in occulta cogitatione: ne videlicet foris humilis: intus elatus in corde suo præsumens de sapientia seu virtute aut sanctitate sua quæ est sine dubio fides ficta quæ non sicut ostendit humilitas cōuersationis in sola domini pietate confidit.

¶ Capitulum, XXXVIII. De triplici modo subiectionis. In quibusdam sententijs.

**S**cio quidem creaturā omnem veli nolit subiectam esse creatori. Sed a creatura rationali voluntaria subiectio quæritur: vt voluntarie sacrificet domino. At vero subiectionem istam



triplicem esse necesse est: ut quod certum est deum velle: id nos velimus omnino: & quod certum est eum nolle similiter excrematur & nos. Quod autem incertum est utrum velit an nolit: neque velimus ex toto: neque penitus non velimus. Hæc certe in hoc medio totum periculum est religionis: dum infeliciter blandimur nobis & palpantes seducimus nosmetipsos. Hinc accidit quod dissimulemus domini quæ rere voluntatem: dum & nostram facere: & aliquam de ignorantia habere volumus excusationem. Quis enim ille est tam infelix monachus qui id nolle audeat: quod certus est deum velle aut quod certus deum nolle id velle præsumat? Sed in medio periculum est. Propterea ubi certa est voluntas dei: omnino nostra sequatur. In his videlicet de quibus certum aliquod in scripturis invenimus: aut ipse spiritus manifeste clamat in cordibus nostris quid sentiendum sit: ut est caritas: humilitas: castitas: obedientia. Hæc approbemus indubitanter & appetamus quæ placere deo scimus indubitanter: sic & ea omnimodis odisse debemus: de quibus certum est quod oderit ea deus, ut est apostasia / fornicatio / iniquitas / impatientia. In his vero rebus de quibus certum nihil possumus invenire: nihil certum voluntas nostra diffiniat: pendeat inter utrumque: aut saltem neutri parti nisi adhæreat: cogitans semper ne forte pars altera magis placeat deo & parati simus voluntatem eius sequi in quancumque partem eam cognoverimus inclinari.

¶ Capitulum, XXXIX. De tribus modis obedientie. In libro de præcep. & dispen.

**M**odus obedientie est tenor professionis: nec se valet extendere potestas imperantis, nisi quantum attigerit votum profitentis. Citra & ultra nec non etiam contra quidam obedientie limites sunt. Quamobrem quisque professus in quovis genere salutiferæ vitæ: nec ultra obedientie legem cogendus, nec citra est inhibendus: quæ sua ipsius videtur amplecti professio. Quanto minus contra: Is ergo qui medius est vitæ modus præfixus voto: professione firmatus, solus sine dubio legi erit subiectus: obnoxius iussioni. Ergo prælati iussio vel prohibitio: non prætereat terminos professionis. Nec ultra extendi: nec contrahi citra. Nil me prælatus prohibeat horum quæ promisi: nec plus exigat quæ promisi. Vota mea non augeat sine mea voluntate: nec minuat sine certa necessitate.



AFLO

BERN

ADA

IRAS

DELE

SVV

GI

## Liber

**Necessitas** quippe non habet legem: & ob hoc excusat dispensationem. Voluntas vero quoniam sola meretur retributionem: etiam sola non immerito gradum altiore usurpat. Alioquin & absque necessitate remissio voti non dispensatio: sed prauaricatio est. & restrictio contra voluntatem: murmur est / non profectus. Ceterum subiectus huiusmodi obedientiam quae voti finibus cohibetur nouerit imperfectam. Nam perfecta obedientia legem nescit: termino non artatur neque contenta angustijs professionis largiori voluntate fertur in latitudinem caritatis. & ad omne quod iniungitur spontanea vigore liberalis: alacrisque animi modum non considerans in infinitam libertatem extendit. Et sane quidam obedientiae limes secundum tempus ipsa temporis eternitas: ut is sit terminus obedientiae qui & vitae.

¶ Ca. XL. De tribus gradibus obedientiae. Vbi supra.

**B**onus quidem obedientiae gradus est si propter metum gehennae seu propter sanctam professionem quam professus est quis pia obediit: melior tamen cum ex dei amore obediit. Illa quippe obedientia necessitatis est: ista caritatis. Illam autem dixerim obedientiae gradum optimum: cum eo animo opus iniunctum recipitur quo & praecipit. Cum enim ex voluntate iubentis pendet intentio exequentis: fit ut nec maius minoribus nec minus maioribus confuse ut assolet adimpletum quod iniungitur subiecti studium impendatur. sed moderante animo quaeque pro sua dignitate imperia modum sciat utrobique seruare: tam in obseruando videlicet iussa quae in cauendo prohibita. non quod minimum horum quae iubent: contemnendum putet: etsi non minimum quod minimum est reputet: sed minimum ex comparatione maiorum. Nouit verus humilisque obediens & minima non contemnere: & maxime curare quae maxima sunt. in ultimo quodam deuoti sincerique animi sapore discernens quibus de mandatis ei qui praestit: suis quodammodo factis respondeat.

¶ Capitulum. XLI. De triplici modo culpae quae contrahitur in transgressione. In libro. Vbi supra.

**T**raduntur a praelatis interdum minima mandata: quorum transgressio leuiora parit peccata. & tamen in deum nihilominus prauaricatio fit quotiens abbatis iussio quae quidem iustitiae non repugnat preteritur. Sicut tamen non par cura in execu-



tionem exigitur: sic nec par culpa contrahitur ex transgressione. Et si quidem vnus est qui offenditur: nō tamen vnus ponderis quę iubentur: nec vnus subinde discriminis iussorū omnium censenda est transgressio. Et si enim omnis inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis: nulla tamen æternaliter damnabilis. nisi quā remediū poenitentię non sanat: nulla est letaliter criminalis. nisi quę contemptum superbię non euitat. Magna igitur securitas filijs obedientię: & reuera pax hominibus bonę voluntatis / quā in omni inobedientia sola damnatur impoenitentia quā nescit qui diligit deū. sola in criminaliatur superbiā quam facile cauet: qui timet gehennam. Sed exemplis darius elucescit quod dicimus. Si iubente seniore vt sileam: verbum mihi forte per obliuionem elabatur reum me fateor inobedientię: sed venialiter. Si ex contemptu sciens & deliberans sponte in verba prorupero & rupero silentiū: silentij legis præuaricatorem me constituo & criminaliter. Et si impoenitens per se uero vsq; ad mortem: peccavi & damnabiliter.

¶ Capi. XLII. De triplici consideratione: qua omne opus pueniri debet. In libro tertio de consideratione.

**S**piritualis ille homo qui omnia diiudicat: vt ipse a nemine iudicetur / omne opus suū trina quadam consideratione præueniet. Primum quidem an liceat: deinde an deceat / postremo an expediat. Nam et si cōstet in christiana utiq; philosophia nō decere nisi quod liceat. nō expedire: nisi quod deceat & licet. nō continuo tamen omne qđ licet decere: aut expedire consequens erit. At quo modo non indecens voluntate pro lege vt i: potestatem exercere: negligere rationem? Quāq; non minus deiecti q̄ elati animi est: veluti rationis expertem. non pro ratione: sed pro libitu agere. nec iudicio agi: sed appetitu.

¶ Capitulum. XLIII. De triplici testimonio: alterius / nostri & dei. In quibusdam sententijs.

**N**emo scit hominū quę sunt in homine nisi spiritus hominis qui in ipso est: vt cōparatione interioris testimonij exterius omnino pro nihilo sit habendū. Quid enim mihi cū eorum laudibus: quibus ignotus sum? Quod si vel ipse qui in homine est spiritus: omnia quę hominis sunt nosse posset / pfecto sufficeret testimonij eius. Nunc aut̄ prauum est & imperscrutabile



AFLO

BERA

AADA

ERAS

DEI

SVV

GI

## Liber

cor hominis: etiam sibi ipsi, adeo ut presentia quoque magna ex parte ignoret: futura vero sua omnino nosse non possit. Quia tamen aliquatenus nouit presentia / si non reprehendat nos: non quidem gloriam sed fiduciam habemus ad deum. Cum autem veritatis ipsius quam nihil latet: sententiam de nobis tenere meruimus in ea plane securus poterimus gloriari. Ut quid enim de alterius hominis / aut de meo ipsius iudicio sollicitus sum: cuius nec vituperatio reprobis / nec laude probatus inueniar? Fratres si me ante vestrum oporteret tribunal altare: merito super vestris laudibus gloriarer. Quod si vel meo ipsius iudicio essem iudicandus examine: iure meo ipsius testimonio contentus propriis laudibus delectarer. Nunc autem nec vestro nec meo: sed dei iudicio sum presentandus. Quante insipientie imo & insanie est / aut in vestro me / aut in meo ipsius testimonio gloriari: praesertim cum ipse sit cuius oculis omnia nuda & aperta / & cui nequaquam opus sit ut quis ei testimonium perhibeat de homine?

¶ Cap. XLIII. De triplici distinctione sapientie. In quibusdam sententijs.

**D**icitur sapientia carnis que inimica est deo: & sapientia huius mundi stulticia apud deum. Vtraque ista secundum Iacobum apostolum terrena est: animalis diabolica. Secundum hanc sapientiam dicuntur sapientes ut faciant mala: bene autem nesciunt facere: Nulla tamen sapientia siue carnis siue mundi edificat: immo destruit quamcumque domum inhabitat. Est ergo alia sapientia que desursum est: primum quidem pudica / deinde pacifica. In primo sermone de natiuitate domini. Nam sapientia carnis voluptuosa est: non pudica. Sapientia mundi tumultuosa est: non pacifica. Sapientia vero que ex deo est: primum quidem pudica est. non quaerens que sua sunt: sed que iesu christi. ut non suam quisque faciat voluntatem: sed consideret que sit voluntas dei. deinde pacifica non abundans in sensu suo: sed alieno magis acquiescens consilio vel iudicio.

¶ Cap. XLV. De triplici genere paupertatis. In sermone de omnibus sanctis de lectione euangelica.

**V**eritas loquitur que nec falli nec fallere potest: & ipsa est que dicit: beati pauperes spiritu. Sic vos insensati filij Adam diuitias quaeritis: diuitias desideratis usque adhuc cum iam beatitudo pauperum diuinitus commendata predicata mundo:



credita sit ab hominibus. Quærat eas paganus qui sine deo viuunt: quærat iudeus qui terrenas promissiones accepit. Sed qua fronte: magis autem qua mente christianus diuitias quærit: postquam christus beatos esse pauperes predicauit: Quousque filij alieni: quousque uanitatem loquetur os uestrum: ut beatum dicatis populum cui hæc sunt: hæc uisibilia. hæc presentia: cum filius dei os suum aperiens locutus sit ueritatem: beatos esse pauperes & uel diuitibus. Sed diligenter attende quod non simpliciter pauperes nominat propter plebeios pauperes necessitate mirabili: non laudabili uoluntate. Spero equidem profuturam eis apud diuine bonitatis misericordiam: hanc ipsam fugam afflictionis miseriam. Scito tamen dominum non de huiusmodi fuisse locutum: sed de his qui possunt dicere cum propheta: uoluntarie sacrificabo tibi. At tamen non uoluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud deum. Nam & philosophi omnia sua reliquisse leguntur: ut expediti mundialibus curis: studio uanitatis possent vacare liberius. Et nolebant censu abundare terreno: ut abundarent magis suo sensu. Hos discernit quod dictum est spiritu id est spirituali uoluntate. Beati uero pauperes spiritu: spirituali scilicet intentione desiderio spirituali: propter solum beneplacitum dei & animarum salutem: quoniam ipsorum est regnum celorum. Sed quis est qui sic loquitur: qui sic beatificat pauperes & sic dicat: Puras poterit uerum esse: Erit sine dubio. Siquidem uerax & potens est qui promittit.

¶ Capitulum . XLVI. De triplici modo uiuendi in congregatione. In sermone de apostolis Petro & Paulo: qui sic incipit. Gloriosa nobis.

**A**rbitor quod tu qui in congregatione es bene uiuis: si uiuis ordinabiliter socialiter: & humiliter. Ordinabiliter tibi: socialiter proximo: humiliter deo. Ordinabiliter ut in omni conuersatione tua sollicitus sis obseruare uias tuas: & in conspectu domini: & in conspectu proximi: cauens & tibi a peccato: & illi a scandalo. Socialiter ut studeas & amari & amare: blandum te & affabilem exhibere: supportare non solum patienter: sed & libenter infirmitates fratrum tuorum: tam morum quam corporum. Humiliter ut cum hæc omnia feceris: spiritum uanitatis studeas exufflare: qui ex huiusmodi nasci solet: & quantumcumque illum senseris: negare omnino consensum. Sic & in patiundo malum: & quoniam triplex est:



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

Liber

triplicem prouidentiam adhibere oportet. Est enim quod a te pateris: quod a proximo: quod a deo. Primum est austeritas penitentiae, secundum vexatio alienae maliciae, tertium flagellum correctionis diuinae. In eo quod a te pateris debes uoluntarie sacrificare: quod a proximo patienter ferre: quod a deo sine murmure & cum gratiarum actione sustinere.

¶ Capitulum XLVII. De tribus quae necessaria sunt ad parandum domum domini. In sermone de dedicatione: qui sic incipit. Olim rex gloriosus.

**N**on capit deum nisi imago sua. Anima capax illius est: quae nimirum ad eius imaginem est creata. Propter quod toto cum desiderio & digna gratiarum actione studeamus ei templum edificare in nobis. Primo quidem loco studeat unusquisque ne dissideat ipse a semetipso: quoniam non intrabit christus ubi fuerint parietes inclinati & maceriae depulsae. Nonne enim corporis sui domum integram anima uult habere: & exire illam necesse est si fuerint a se inuicem membra dispersa. Videat ergo & ipsa si desiderat habitare christum per fidem in corde suo: id est in se ipsa sollicita caueat ne a se inuicem membra eius dissideant: id est ratio uoluntas atque memoria. Sit ergo sine errore ratio: ut bene congruat uoluntati: talem enim uoluntas amat. Sit & uoluntas sine iniquitate: quoniam ratio talem approbat. Alioquin si sese iudicat anima propter uoluntatis prauitatem in eo quod per rationem probat: bellum intestinum est: & discordia periculosa: quoniam uoluntatem huiusmodi ratio semper suggillat: sed accusat: sed diiudicat: sed condemnat. Sit & memoria sine sordibus ut nullum in ea peccatum maneat quod non pura confessione & dignis fructibus penitentiae deleatur. Alioquin conscientiam in qua peccatum latet: & uoluntas odit: & ratio execratur. Bonum proinde parat habitaculum deo: cuius nec ratio decepta nec uoluntas peruersa: nec memoria fuerit inquinata.

¶ Capitulum XLVIII. De triplici apparatu necessario ad custodiam castrorum dominici. In sermone de dedicatione: qui incipit. Domus haec fratres.

**T**riplici nobis opus esse nouerimus apparatu ad custodiam castrorum dominici: munitione uidelicet & armis & alimentis. Quae est ergo munitione? Murus continentia est: antemurale



patientia est. Bonus continentie murus qui sic undiq; circumdat & circumcingit; vt nec per oculos fenestras; nec per ceteros sensus deur ingressus morti. Bonu autemurale patientie quod primos hostium sustinet impetus; vt inter plurima temperamenta stemus viriliter / & perseueremus iugiter inconcussi. Vnicu quippe remediū est dum continentia quatitur & quodammodo nutat obijcere patientiam; & quantumcunq; ferueat sensus peccati; negare omnino consensum: Oportet autē & arma parare: arma spiritualia potentia deo: non tantū ad resistendū sed ad impugnandū quoq; & expugnandū viriliter inimicū. Grauis equidem nobis est inimicitentatio; sed longe grauior illi oratio nostra. Ledit nos iniquitas eius & versutia; sed multo amplius nostra eum simplicitas & misericordia torquet: humilitatem nostrā non sustinet: vritur caritate nostra; mansuetudine & obedientia cruciatur. Iam vero nec nobis alia menta desunt; qui & sermones frequenter; & frequentius sacras lectiones audimus; & interdū spiritualis quoq; deuotionis gustamus delicias. Panis etiam lacrimarū licet minus suavis optime tamen confirmat cor hominis. Habemus sup omnia de coelo panem viuum: corpus domini saluatoris. In cuius vtiq; fortitudine cibi: omnis aduerse partis deijcitur fortitudo.

¶ Ca. XLIX. De tribus piculis in domo dñi. vbi sup.

**N**ihil nos oportet timere in castro domini: si tantū fideliter & viriliter agere voluerimus; vt videlicet nec proditores; nec pauidi; nec desides inueniamur. Nam proditores qui dem sunt qui discordias seminant; & nutriunt scandala. Sicut em̄ in pace factus est locus domini; sic in discordia locū diabolo fieri manifestū est. Omnino proditorem sese nouerit: quicunq; est ille qui vicia quęlibet in domū domini conatur inducere; & templū dei speluncam vult facere demoniorū. Secundo loco illud est cauetendum: ne quis forte pusillanimitate deiectus fugiat a munitōe; ibi trepidans timore vbi non est timor; vbi vero summū periculū est: insana temeritate securus. Hostilibus enim manibus; hostilibus gladijs se exponit: quicunq; est ille qui fugit; ac si ignoret quoniā hostes illi omnino carent misericordia. Crudeles qdem in alienos; sed multo crudeliores in suos; quippe crudelissimi in seipsos. Iam vero tertium quoq; periculum breuiter dico. Quid prodest si nec



FLO  
BER  
ADA  
RAS

Liber

prodere castrum nec relinquere velis: sed segnis & desidiosus in eo permanas. Toto proinde animo: tota virtute castrum domini manutenerere laboremus: solliciti contra omnes inimici versutias & aduersus omnia eius machinamenta parati.

¶ Capitulum. L. De veritate: caritate: & fortitudine. In sermone in rogationibus qui incipit. Quis vestrum habebit amicum &c.

**H**is tribus egere me fateor: veritate: caritate: fortitudine. Desidit quippe ratio mea præ ignorantia veritatis: languet & voluntas præ inedia affectionis infirmatur: caro præ inopia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit que agenda sunt: & voluntas minus diligit intellecta. Et adhæc etiam corpus quod corrumpitur aggrauat animam: vt non quæcūq; volumus illa faciamus. Neq; enim pateret hunc defectum: si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis: voluntas in desiderio caritatis: caro in operatione virtutis.

¶ Capitulum. LI. De triplici timore. In sermone primo de dominica post octa. epiphaniæ.

**T**imor ad ima cogitationem deducit & inferioribus immoratur: atq; horrenda loca pauida mente collustrat. In secundo sermone. vbi supra. Est aut duplex timor: communis & notus omnibus. tertius minus communis: & minus notus. Primus enim timor est ne cruciemur in gehenna scd's ne exclusi a visione dei priuemur tam ineffabili gloria. tertius timor replet animam omni solitudine timidam: ne forte deseratur a gloria. Et quidem omnis timor domini sicut aqua extinguit ignem: sic extinguit peccati concupiscentiam. sed is maxime cum ad omnem tentationem statim occurrat: ne forte contingat amittere gratiam vt sibi derelictus homo: labatur quotidie de malo in peius. de periculo minori in grauiorem culpam: quales vtiq; multos videmus cum in sordibus sint: sordescentes adhuc. Nam aduersus timorem istum non est vnde blandiatur sibi anima: siue de minori forte quantitate peccati: siue de emendatione futura. Talibus enim blandimentis impediunt aliquatenus duo prima genera timoris.

¶ Ca. LII. De tribus in quibus consistit summa spiritalis exercitatio. In ser. ij. de ap'lis petro & paulo qui incipit. Sancti isti.



**H**æc spiritualis summa est exercitij: hæc forma studij spiritalis: vt sapienter disponamus præsentia nostra: recogitemus in amaritudine animæ nostræ præterita: futura quoque sollicite provideamus. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo (ait apostolus) vt videlicet in præsentibus sobrietas obseruetur. vt iusta satisfactione præterita quæ nobis sine fructu salutis præteriere tempora redimant vt pietatis clipeum imminentibus de futuro periculis opponamus. Sola est enim quæ ad omnia valet pietas: cultus scilicet dei humilis & deuotus: nec aliter nobis est providere nouissima: nisi vt vniuersa quæ nobis imminere videntur pericula sedula nobiscum cogitatione versantes discamus de nostra omnino industria: magis autem de nostris diffidere meritis & soli nos diuinæ protectioni committere: pio quodam mentis affectu & effectu piæ intentionis nos proijcentes in ipm: cuius datu optimu & donum perfectu est. consummatio felix: & mors preciosa. Vt nam hæc in nobis inueniant: vt suauiter omnia nostra per sapientiam disponamus vt intellectu peccata præterita dānemus vt provideamus futura consilio. Vtinā sapiamus ad præsentis vitæ moderationem: vtinā intelligamus ad præteritæ correctionem: vtinā deuota in deū fide provideamus: vt foelicem habeamus ipso miserante consummationem. Hic enim est funiculus triplex quo trahimur ad salutem ordinata cōuersatio: rectu iudiciu: fides deuota.

¶ Ca. LIII. De morte: diabolo: & pctō. In ser. i. de trāsi  
tu sc̄i Malachie. q̄ incipit. De cœlo vobis hodie & c̄.

**D**Vra & inexorabilis mors cæca & improvida: nec mirum iniquam esse quā generauit iniquitas: inconsideratā: quā seductio noscitur peperisse. Nihil inq̄ miru si ferit sine discretione quæ venit ex præuacatione: si sit crudelis & fatra quæ ex antiqui serpentis fallacia & mulieris insipientia prodit. Omnium electorum caput furibunda peruasit. Peruasit utiq̄ immunem: sed non immunis euasit. Impegit in vitam mors: & inclusit intra se mortem vitam: & absorpta est mors in vita. Hamu sibi deuorans: inde teneri cœpit vnde visa est tenuisse. Ac foras quis dicat. Quomodo mors a capite superata videtur: quæ tanta adhuc libertate se iussit in membra: Si mors mortua: quomodo occidit: Si victa quomodo præualet vniuersis: & non est homo qui viuat & non videat mortem? Victa



FLO

BERN

AADA

ERAS

ADEE

MSVV

GL

Liber

plane mors opus diaboli: & peccati poena: victum peccati causa mortis: victus & ipse malignus: & peccati auctor & mortis. Nec modo victa sunt hec: sed & iudicata iam & danata. Diffinita quidem: sed nondum promulgata sententia est. Denique iam diabolo ignis paratus est: etsi nondum ille precipitatus in ignem/modico adhuc tempore sinitur malignari: tanquam malleus coelestis opificis: factus est malleus uniuersae terrae. Terit electos ad eorum utilitatem reprobos conterit in eorum damnationem. Qualis autem paterfamilias tales & domestici eius: peccatum scilicet & mors. Nam & peccatum licet simul cum christo cruci ipsius non dubite affixum: adhuc tamen interim non negare quidem sed habitare in ipso etiam dum viueret a populo permittebat. Sic & mors ipsa minime quidem abesse cogitur: sed cogitur non obesse. Erit autem cum dicitur: ubi est mors victoria tua: Et ipsa siquidem inimica nouissima destruet. Nunc vero moderante eo qui imperium habet vite & mortis & mare ipsum certis coerces litorum metis: mors ipsa dilectis domini somnus refrigerij est. Pessima quidem mors peccatorum: quorum & natiuitas mala & vita peior. Sed preciosa est mors sanctorum: preciosa plane tanquam finis laborum / tanquam victoriae consummatio / tanquam vite ianua: & perfecte securitatis ingressus.

¶ Capitulum. LIII. De caritate: castitate: & humilitate

In epistola. xliij. ad henricum Senonensem archiepiscopum.

**C**aritas: castitas: humilitas: nullius quidem coloris sunt: sed non nullius dedecoris: nec mediocri decoris: qui diuinos quoque delectare possit aspectus. Quid castitate decorius: quae mundum de immundo conceptum semine: de hoste domesticum angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter se: pudicus homo & angelus: sed foelicitate non virtute. Sed & si illius castitas foelicitior: huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas quae in hoc mortalitatis & loco & tempore statum quandam immortalis gloriae representat. Sola inter nuptiarum solennia: morem beate illius vendicat regionis: in qua neque nubent neque nubentur: praebens quodammodo terris coelestis iam illius conuersationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus in quo & crebro periditatur: tenet & castitas in sanctificationem: & instar odoriferi balsami: quo condita cadauera in corrupta seruant: sensus ipsa



& artus continet & constringit: ne dissoluantur in oclis: ne corrūpantur in desiderijs: ne carnis voluptatibus cōputrescant. Verum quantalibet venustate sui castitas eminere appareat: sine caritate tamen nec precīū habet nec meritū. Nec mirū. Quod enim absq; illa bonum suscipit: Fides. Sed nec si montes transferat: Scientia. Sed nec illa quidem quæ lingua loquitur angelorū: Martyriū. Nec si tradidero inquit corpus meū ita vt ardeam. Nec absq; illa quodlibet bonū suscipitur nec cum illa quantūlibet exiguum respuit. Castitas sine caritate: lampas est sine oleo. Subtrahe oleū: lampas nō lucet. Tolle caritatem: castitas non placet. Iam de tribus quæ proposuimus sola tractanda restat humilitas. Hæc duabus premissis virtutibus intantū est necessaria: vt absq; ista illæ nec esse virtutes videantur. Nempe vt castitas seu caritas detur: humilitas meretur quoniā humilibus deus dat gratiā. Seruat acceptas: quia nec requiescit spiritus nisi super quietū & humilem. Seruatas consummat: nam virtus in infirmitate: hoc est in humilitate perficit. Inimicā omnis gratiæ omnisq; peccati initiū debellat superbiā: & tam a se q; a cæteris virtutibus superbā illius propulsat tyrannidem. Si quidem cum ex alijs quibusq; bonis viriū suarū magis capere soleat incrementū superbia: sola hæc omniū propugnaculū quoddā turrisq; virtutū eius fortiter resistit maliciæ: obuiat præsumptioni.

¶ Capitulum. LV. De tribus impulsoribus hominis

Super cantica. sermone. lxxxv.

**I**mpulsor hominis diabolus est / impulsor mundus / impulsor homo. Quis iste homo sit qris. Quisq; sui. Noli mirari. Vsq; adeo homo impulsor sibi est & suimet precipitator: vt nō sit quod in altero propulsore formides: si ipse a te proprias cōtineas manus. Manus tua: consensus tuus. Si diabolo suggerente vel sæculo suadente / quod nō oportet: assensum tuū tenueris & non deris membra tua arma iniquitati: nec permiseris peccatū regnare in tuo mortali corpore: tibi malicia omnino nil nocuit. Vide ne magis profuerit. Cū igitur tres sint stanti imminentes: horū diabolus fluore maliciæ: mundus vento vanitatis: homo semetipm pondere suæ corruptionis impellit. Impellit diabolus sed non evertit: si tu quidem tuū illi negaueris auxiliū vel assensum. Est & mundus impulsor: quia in maligno positus est: impellit oēs sed solos evertit



FLO

BERN

AADA

ERAS

DEE

SVV

GL

V

LXXVII

Liber

amicos suos / id est consentaneos sibi. Nolo esse amicus mundi ne  
cadam. Nam qui vult mundi huius esse amicus: inimicus dei con-  
stituitur: quo vtiq; nullus grauior casus. Ex quibus satis claret q̄  
sit homo p̄cipuus impulsor sui: qui suo sine alieno impulsu ca-  
dere potest: alieno absq; suo non potest. Cui nam horū p̄cipue  
resisten dū: Nempe huic qui eo molestior quo interior solus deice  
re potest & sufficit: cum sine ipso alij possint facere nihil. Nō sine  
causa sapiēs expugnatori vrbiū p̄tulit virū qui animo suo dñatur

¶ Ca. LVI. De tribus generibus nō habitantiū in adiu-  
torio diuino. Sup psalmū. Qui habitat versu. i. & ser. i.

**T**Ria eorum reperies genera: qui nō habitant in adiutorio  
diuino. Vnum nō sperantiū / aliud desperantiū / tertiu fru-  
stra sperantiū. Neq; enim habitat in adiutorio diuino: qui  
non posuit deum adiutorem suū: sed confidit in virtute sua: & in  
multitudine diuitiarū suarum & sola temporalia quærens: elon-  
gatur ab adiutorio dei: quod sibi adhuc necessariū esse non repu-  
tat. Forte enim feruorem habet quis potens in vigilijs: in ieiunijs:  
in labore: & cæteris huiusmodi: aut etiam multorū vt sibi videtur  
diuitias meritorū longo tempore acquisiuit: & in his confidens re-  
missior est in timore dei: facile iam ad ociositates & curiositates p̄-  
niciofa quadā securitate declinat murmurat / detrahit / diiudicatq;  
Qui profecto si habitaret in adiutorio dei: attenderet vtiq; sibi: &  
timeret offendere eum quem sibi cognosceret adhuc tam necessa-  
rium esse. Tanto siquidem amplius timere deū & magis sollicitus  
esse debuerat: quanto maiora eius munera iam p̄cepit. Neq; enim  
quæ habemus ab eo / seruire aut tenere possumus sine eo. Sunt ve-  
ro aliqui qui in conuersionis initio satis timorati & solliciti sunt:  
donec initiu aliquod conuersionis acceperint & cum multo magis  
deseruire debuerant: sic agere incipiunt ac si dicant. Vt quid ei serui  
amus vltra: quando iam habemus quod daturus est? O si scires  
q̄ parum est quod habes: & hoc ipm q̄ cito perdis: si non seruaue-  
rit ille qui dedit. Hi sunt qui nō sperant in dño: qui propterea nō  
habitant in adiutorio altissimi: quia non reputant illud necessariū  
esse. Sunt aut alij qui & desperant: hi videlicet qui cōsiderantes im-  
becillitatem propriam deficiunt. & obruunt a pusillanimitate spi-  
ritus: habitantes in carne sua: & circa infirmitatem propriā semp



Intenti: vt omnia quæ patiunt: cursim enumerate parati sint. Vbi enim intenderis: ingenium valet. In adiutorio autem dei non habitant neque nouerunt illud: sed nec assurgere valent: vt aliquando cogitent illud. Sunt autem alij qui sperant quidem in domino sed frustra: quia sic de misericordia eius sibi ipsis blandiunt: vt a peccatis suis non emendantur. Vana est omnino spes ista & hæc confundit: eo quod caritas desit. Frustra siquidem sperat qui contemptu suo: gratiam a se repellit: & spem suam prorsus euacuat. Nullus horum trium habitat in adiutorio altissimi. Primus enim habitat in meritis suis: secundus in poenis: tertius in vicij. Immunda habitatio tertij anxia scditi stulta & periculosa primi. Qui consideratione propriæ infirmitatis desperatione deijciuntur: in adiutorio altissimi non habitant quia desperant. Priores autem idcirco non quærunt: quia nequaquam sibi illud necessarium sentiunt. Extremi vero propterea longe sunt: quod eo modo quærant auxilium dei: quo obtinere non possunt. Soli enim in adiutorio altissimi habitat qui id solum obtinere desiderant: id solum amittere trepidant: sedula circa illud & sollicita cogitatione versantes: quæ est utique pietas cultus dei. Beatus plane qui sic habitat in adiutorio altissimi: quia in protectione dei cœli commorabitur. Quid ei nocere poterit eorum quæ sub cœlo sunt: quem deus cœli protegere & conseruare voluerit. Igitur nihil eorum quæ sub cœlo sunt timere potest: quisquis protectionem dei habere meruerit.

¶ Capitulum. LVII. De tribus male fructificantibus. In sermone de sancto Benedicto.

**S**unt qui fructum suum non faciunt: sunt qui faciunt: sed non suum. sunt qui faciunt suum: sed non in tempore suo. Sunt in quibus arbores infructuosæ: vt sunt quercus & vlmus & siluestres aliæ arbores. Sed huiusmodi nemo plantat in orto suo: quia fructum non faciunt: & si quem faciunt: non humano esui aptus est: sed porcino. Tales sunt filij huius sæculi: agentes in comestationibus & ebrietatibus: in cubilibus & impudicijs. Hæc namque porcorum cibis sunt: quibus christianus non debet adherere. Sicut enim caro porcina cum comeditur nostre adhæret carni, vt iam sit vna caro sic transgressor domini præcepti spurcos sibi spiritus sociat & adherendo eis vnus cum eo efficitur demon. Arbores autem quæ fructum faciunt sed non suum hypocrite sunt: cum Symone cyrenico crucem



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL  
V  
S

Liber

portantes non suam: qui religiosa intentione carentes angariant: & quæ non amant amore gloriæ quã desiderant: facere cõpelluntur. Nam in eo quod dicitur in tempore suo: arguunt quidam ante tempus fructificare volentes. Nõne enim & arboribus nostris citius q̃ oporteat pullulãtibz: timemus omnino floribus intempestiuis? Sic sunt aliqui quorũ fructus quia nimis propere: minus prospere oriuntur. Hi sunt qui in initio conuersionis suę alijs cõtinuo velle fructificare præsumunt: contra legis decreta arare in primogenito bouis: & ouis tondere primogenita festinantes.

¶ Capitulum, LVIII. De triplici arrogantiã & duplici ignorantia. In libro de diligendo deum.

**H**omo factus in honore: cum honorem ip̃m non intelligit: talis suę ignorantie merito cõparatur pecoribus: velut quibusdam præsentis suę corruptionis & mortalitatis contortibus. Fit igitur vt sese non agnoscendo egregia rationis munere creatura irrationabiliũ gregibus incipiat aggregari, dum ignara proprię glorię quæ abintus est: conformanda foris rebus sensibilibz: sua ipsius curiositate abducitur: efficitur q̃ vna de cæteris q̃ se præ cæteris nihil accepisse intelligat. Itaq; valde cauenda hæc ignorantia qua de nobis minus nobis forte sentimus sed nõ minus immo & plus illa qua plus nobis tribuimus. Quod sit si bonum quodcũq; in nobis esse & a nobis decepti putemus. At vero super vtrãq; ignorantia declinanda & execranda illa præsumptio est: qua sciens & prudens forte audeas de bonis non tuis tuã quærere gloriã & q̃ certus es a te tibi non esse: inde tamen alterius rapere honorem non verearis. Prior equidem ignorantia gloriã non habet. Posterior vero habet quidem: sed non apud deũ. Cæterum hoc tertium malũ quod iam scienter cõmittitur: vsurpat & contra deum. Instantũ deniq; ignorantia illa posteriori: hæc arrogantiã grauior & periculosior apparet: quo per illã quidem deus nescitur: per istam & contemnit. Instantũ & priori deterior ac deestabilior: vt cum per illam pecoribus: per istam & demonibus solemur. Est quippe superbia & delictum maximũ vti datis tanq̃ innatis: & in acceptis beneficijs gloriã vsurpare benefici.

¶ Capitulum, LIX. De triplici ignorantia. Super cantica. sermone. xxxv.

I  
inde  
raus  
alino  
Porro  
moda  
nõ ste  
tere al  
liabio  
catis  
curis  
impl  
trepic  
millen  
tutes  
de mag  
uerret  
uetero  
quia  
dior  
gnus  
bricer  
stum  
dus ad  
vtraq;  
leas co  
gniti  
timo  
Qui  
Nec  
bere q  
ueris i  
in alte  
do legi



**I**gnorans ignorabitur: siue se siue deum ignorare contingat. Vtrunq; sine dubio. Vtraq; damnabilis est ignorantia: vtrali bet sufficit ad perditionem. Sup cantica. ser. xxxvi. Volo proinde animā primo omnium scire seipsam q; id postulet ratio & vtilitatis & ordinis. Et ordinis quidem: qm̄ quod nos sumus. Primum est nobis. Vtilitatis vero: quia talis scientia non inflat sed humiliat Porro ad se humiliandū nihil anima inuenire viuacius seu accomodatius potest: q̄ si se in veritate inuenerit tantū non dissimulet: nō sit in spiritu eius dolus: statuat se ante faciem suā: ne se a se auertere abdicatur. Nōne ita se intuens clara luce veritatis vere humiliabitur in hac vera cognitione sui: cum se percaeperit oneratā peccatis mole huius mortalitatis corporis aggravatā: terrenis intricatam curis: carnalium desideriorū fēce infectā / cecam / curuā / infirmā / implicitā multis erroribus: expositā mille piculis: mille timoribus trepidam: mille difficultatibus anxīā: mille suspicionibus obnoxīā mille necessitatibus erūnosam: prodiuem ad vicia / inualidā ad virtutes: Vnde iam huic extollentia oculorū vnde leuare caput: Nōne magis conuertetur in erumna sua: dum configitur spina: Conuertetur in q̄ ad lachrimas: cōuertetur ad plāctus & gemitus: cōuertetur ad dñm. Porro conuersa ad dñm recipiet consolationem quia pater est misericordiarū & deus totius cōsolationis. Nec medicis dei visio: pium & deprecabilem experiri: sicut reuera benignus & misericors est. Tali itaq; experimento & tali ordine salubriter innotescit deus: cū prius se homo nouerit in necessitate positum. & clamabit ad dñm & exaudiet eum: atq; hoc modo erit gradus ad noticiā dei tui cognitio. Sed iam demū aduerte quomodo vtraq; cognitio sit tibi necessaria ad salutem: ita vt neutra carere valeas cum salute. Sup cantica. ser. xxxvij. Nam nemo absq; sui cognitione saluatur: de qua nimirū mater salutis humilitas oritur: & timor domini: qui & ipse sicut est initium sapientiē: ita est & salutis Quid si ignoras deū? Poterit ne spes esse salutis cū dei ignorantia? Nec hoc quidem. Nec enim potes aut amare quem nescias: aut habere quem non amaueris. Noueris proinde te: vt deū timeas. Noueris ipsum: vt eque ipsum diligas. In altero initalis ad sapientiā: in altero & consumaris: q̄a initium sapientiē timor dñi est & plenitudo legis est caritas. Tam ergo vtraq; ignorantia cauenda est tibi: q̄

NN q̄



FLO  
BERN

AADA  
IRAS

DEE

SVV

GL

Y

S

## Liber

sine timore & amore del salus esse non potest. Caetera indifferen-  
tia sunt: nec salutem si sciuntur: nec damnationem si nesciuntur ha-  
bentia. Vbi supra ser. xxxvi. Neq; em̄ omnis ignorantia damnat:  
sed & multa & innumera constat esse quæ nescire liceat absq; dimi-  
nutione salutis. Verbigratia. Si ignoras fabrilem artem: seu cara-  
pentariam: aut cementariã; & quæcunq; istiusmodi artes sunt: q̄  
ad vsus vitę presentis ab hominibus exercentur: nunquid impedit  
ad salutem? Etiam absq; omnibus illis artibus quę liberales dicun-  
tur (q̄uis honestioribus vltioribusq; studijs & discantur & exerce-  
antur) q̄ plurimi hominũ salui facti sunt: placentes moribus atq;  
operibus. Ibidem sermone. xxxvij. Non tamen dico contemnendã  
aut negligendam scientiam literarum quæ ornat animã & erudit  
eam: & facit vt possit etiam alios erudire. Sed duo illa oportet &  
expedit vt præcedant: in quibus summa salutis constituitur: sicut  
superior ratio declarauit.

¶ Capitulum. LX. De tribus bonis eminentioribus  
in homine. In libro de diligendo deum.

**Q**uærat homo eminentiora bona sua in ea parte sui qua  
p̄minet sibi: hoc est in anima: quæ sunt dignitas: scientia  
virtus. Dignitatem in homine liberũ dico arbitriũ: in quo  
ei nimirũ datum est caeteris non solum p̄minere sed etiã  
p̄sistere animantibus. Scientiã vero qua eandem in se dignitatem  
agnoscat: non a se tamen. Porro virtutem qua subinde ip̄m a quo  
est & inquirat non segniter & teneat fortiter cum inuenerit. Itaq;  
geminũ vnũquodq; trium horũ apparet. Dignitatem siquidem de-  
monstrat humanã. non solũ naturę prærogatiua: sed etiã potens-  
tiam dñatus qua terror hominis super cuncta animantia terre im-  
minere discernitur. Scientia quoq; duplex erit: si hanc ipsã digni-  
tatem: vel aliud quodcũq; bonũ in nobis: & nobis inesse & a no-  
bis non esse cognouerimus. Porro virtus & ipsa eque bifaria co-  
gnoscetur: si auctorem consequenter inquirimus inuentoq; inse-  
parabiliter inhæremus. Dignitas ergo sine scientia nõ prodest. Illa  
vero etiam obest: si virtus defuerit. Quod vtrũq; ratio subiecta  
declarat. Habere enim quod habere te nescias quã gloriã: habet.  
Porro nosse quod habeas: sed quia a te non habeas ignorare: ha-  
bet gloriã: sed non apud deũ. Vtrũq; ergo scias necesse est: & quid



sis: & q̄ a teipso non sis; ne aut omnino videlicet nō gloriēris; aut inaniter gloriēris. Quā obrem cū duabus his dignitate atq; scientia opus est & virtute. quæ vtriusq; fructus est: per quā ille inquirīt ac tenetur qui oīm auctōr & datōr merito glorificetur de oibus.

¶ Capitulum. LXI. De triplici modo sciēdi.

Super cantica sermone. xxxvi.

**S**cias quo ordine / quo studio / quo fine / quæq; nosse oportet. Quo ordine vt id prius quod maturius ad salutem. Quo studio: vt id ardentius quod vehementius ad amorem. Quo fine: vt non ad inanem gloriā aut curiositatem; aut aliquid simile: sed tantū ad edificatiōem tuā vel proximi. Sunt namq; qui scire volunt eo fine tantū vt sciant: & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt vt sciant ipsi; & turpis vanitas est. Et sunt item qui scire volunt vt scientiā suam vendant (verbi causa) pro pecunia; pro honoribus; & turpis questus est. Sed sunt quoq; qui scire volunt vt edificent & caritas est. Et item sunt qui scire volunt vt edificent & prudentia est. Horum oīm soli vltimi duo non inveniuntur in abusione scientiæ: quippe qui ad hoc volunt intelligere: vt bene faciant. Scienti enim bonū & non facienti: peccatū est illi. Ac si per similitudinē dicat. Sumentī cibum & nō digerenti: perniciosū est ei. Cibus siquidem indigestus & qui bonā nō habet decoctiōem malos generat humores & corrūpit corpus: non nutrit. Ita & multa scientiā ingesta stomacho animæ q̄ est memoria: si decocta igne caritatis non fuerit; & sic per quosdam artus animæ: mores scilicet atq; actus transfusa atq; digesta: quatenus ipsa de bonis quæ pro- uerit; vitæ attestante & moribus bona efficiat. Nonne illa scientiā reputabitur in peccatū tanq̄ cibus conuersus in prauos noxiosq; humores? An nō malus humor peccatū? An non mali humores prauī mores? An nō inflationes & tortiones in conscientia sustinebit qui huiusmodi est: sciens videlicet bonū & non faciens?

¶ Ca. LXII. De tribus occultis. In quibusdā dicitis.

**T**ria sunt occulta. Illicita actiō / dolosa intentiō / impudica affectiō. Præua operatiō inquinat memoriā. Dolosa intentiō rationem vel mentem. Impudica affectiō voluntatem. Mundatur memoria per confessiōem; mens per lectiōem; affectiō vel voluntas per orationem. Ab alienis mundus eris si nō in-



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

III. LXIII.

Liber

sultes: si non discedas: si non consentias: si non dissimules. Iusticie est non consentire: sed cum rigore resistere. Fortitudinis non discedere: sed mala proximi patienter tolerare. Temperantie non insultare: sed cum moderamine compati. Prudentie non dissimulare: sed sollicite ubi mala desinant providere.

¶ Ca. LXIII. De triplici corde. In quibusdam dicitis.

**E**st cor altum / cor humile / cor mediocre. Dicit propheta. Redite prauaricatores ad cor. Prima accessio prauaricatoris serui est ad cor humile: ad quod trahitur per iudiciū. Secunda accessio mercenarij ad cor mediocre: ad quod vocatur per consiliū. Tertia filij ad cor altum: ad quod leuatur per desiderij: & tunc supra cor eleuatur deus: vt dum non potest comprehendere per rationem desideretur per affectionem & amorem.

¶ Capitulum. LXIII. De tribus petitionibus cordis. In sermone quinto de. xl.

**P**etitiones cordis in tribus credo constare: nec video quid preter illa electus quisque sibi debeat postulare. Duo quidem huius temporis sunt: id est bona corporis & bona anime. tertium vero est beatitudo vite eterne. Nec mireris quod bona corporis a deo dixerim esse querenda: quoniam eius sunt corporalia omnia sicut & spiritalia bona. Ab eo ergo est petendum & sperandum nobis: vnde possumus in eius seruitio sustentari. Verumtamen pro necessitatibus anime orandum est nobis & frequentius & feruentius: id est pro obtinenda gratia dei / animeque virtutibus. Sic & pro vita eterna tota pietate & toto nobis orandum est desiderio: vbi nimirum & corporis & anime plena & perfecta est beatitudo. In his ergo tribus vt cordis petitiones sint: tria nobis sunt obseruanda. Nam & in prima quidem superfluitas: & in secunda impuritas: & in tertia elatio interdum superbie solet surrepere. Nonnunquam enim temporalia quærit solent ad voluptatem / virtutes ad ostentationem: sed & vitam eternam fortassis aliqui non in humilitate querunt sed tantum in fiducia suorum meritorum. Nec hoc dico quoniam accepta gratia fiducia donetur orandi: sed non oportet vt in ea constituat quisque fiducia impetrandi. Hoc solum conferunt hæc præmissa dona: vt ab ea misericordia quæ tribuit hæc sperentur etiam ampliora. Sic ergo oratio quæ pro temporalibus est circa solas necessitates restricta: sit



oratio quæ pro virtutibus est anime ab omni impuritate & circa solū beneplacitū dei intenta. Sic ea quæ fit pro vita eterna in omni humilitate: presumens de sola miseratione diuina vt dignū est.

¶ Capitulum. LXV. De seruo: & mercenario: & filio. In libro de diligendo deum.

**E**st qui confitetur domino quā potens est. & est qui confitetur dño quoniam sibi bonus est. & item qui cōfitetur dño quoniam simpliciter bonus est. Primus seruus est & timet sibi. secundus mercenarius & cupit sibi. tertius filius & defert patri. Itaq; qui timet & qui cupit: vterq; pro se agit. sola quæ in filio est caritas non querit quæ sua sunt. Quāobrem puto de illa dictū Lex dñi immaculata cōuertens animas: q; sola videlicet sit quæ ab amore sui & mundi auertere possit animū & in deū dirigere. Nec timor quippe nec amor priuatus cōuertunt animū: mutant interdum actum: vultū: & habitum: affectū nuncq;. Facit quippe non nuncq; & seruus opus dei: sed quia nō sponte in sua adhuc duricia permanere cognoscitur. Facit & mercenarius sed quia non gratis propria trahi cupiditate conuincit. Porro vbi proprietatis ibi singularitas: vbi autē singularitas: ibi angulus. vbi vero angulus: ibi sine dubio sordes siue rubigo. Sit itaq; seruo sua lex: timor ipse quo constringitur. Sit mercenario sua cupiditas: qua & ipse artatur quando tentatur abstractus & illectus. Sed harū nulla aut sine macula est: aut animas conuereere potest. Caritas vero conuertit animas quas facit voluntarias. Porro in eo eam dixerim immaculatā: q; nil sibi de suo retinere cōsuevit. Cui nempe de proprio nil est: totum profecto quod habet dei est. quod autē dei est: immundū esse non potest. Lex ergo dñi immaculata caritas est: quæ non quod sibi vile est querit: sed quod multis. Lex autē domini dicitur siue q; ipse ex ea viuat: siue q; eam nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdum videatur q; dixi etiam deum viuere ex lege: cum non alia q; caritate dixerim. Quid vero in sūma & beata illa trinitate: summam & ineffabilem illam conseruat vnitatem nisi caritas. Lex ergo est & lex domini caritas quæ trinitatem in vnitatem: quodammodo cohibet & colligat in vinculo pacis.

¶ Capitulum. LXVI. De triplici lege: serui mercenarij & filij. vbi supra.



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEI  
SVV  
GL  
V

Libero

**S**eruus & mercennarius habent legem non a dño: sed quam ipsi sibi fecerunt. ille deñ non amando: iste plus aliud q̄ deñ amando. Habent inquam legem non dñi: sed suam. illi tamen quæ dñi est subiectam. Et quidem suã sibi quicq; legem facere potuerunt: non tamen eam incommutabili eterne legis ordini subducere potuerunt. Tunc aut dixerim quemq; sibi fecisse suã legem: qñ cõmuni & eterne legi propria prætulit voluntatem: peruerse utiq; volens suũ imitari creatorem: vt sicut ipse sibi lex: suiq; iuris est ita is quo q; seipm regeret & legem sibi suam faceret voluntatem. Hi qui hoc faciunt quod ait apostolus: nemini quicq; debeatis nisi vt diligatis inuicem: proculdubio nec serui nec mercennarij sunt sed filij. Ita q; nec filij sunt sine lege. Sed sciendũ q; alia est lex promulgata a spiritu seruitutis in timore: alia a spiritu libertatis in suauitate. Nec sub illa esse coguntur filij: nec sine ista patiuntur. Bona itaq; lex caritas & suauis: quæ nõ solum leuiter suauiterq; portatur: sed etiam seruorũ & mercennariorũ leges portabiles ac leues reddit: quas utiq; nõ destruit sed facit vt impleantur. Illam temperat: istam ordinat: vtrãq; leuigat. Nũq; erit caritas sine timore: sed casto nũq; sine cupiditate: sed ordinata. Implet ergo caritas legem serui: cum infundit deuotionem. Implet & mercennarij: cum ordinat cupiditatem. Porro timori permixta deuotio: ipm non adnulat: sed castificat: poena tamen tollit: sine qua esse non potuit: dum fuit seruilis. & timor manet in sæculũ sæculi castus & filialis. Nã q; legitur pfecta caritas foras mittit timorem: poena intelligenda est: quæ seruili nũq; deest timori. Deinde cupiditas tunc recte a superueniente caritate ordinatur: cũ mala quidem penitus respiciuntur: bonis vero meliora præferuntur: nec bona nisi propter meliora appetuntur.

¶ Capitulum. LXVII. De tribus panibus quibus quilibet reficiendus est. In sententijs quibusdam.

**T**ribus panibus quilibet reficiendus est. Primus panis est cõtinentia qua restringit corpus: ne deinceps per mortiferas voluptates defluat. Secundus est humilitas qua instruit. anima: ne de ipsa sua cõtinentia superbiat. Tertius est seruo caritatis quo accenditur spiritus: vt vtrũq; id est corpus & animã in castitate & humilitate pseueranter custodiat. His tribus virtutibus: id est

castitat  
dei &  
ger sp  
iurac  
mus b  
vel cor

T  
tium  
rius  
demp  
ponit  
rim fun  
fecto v  
tenere  
aut obli  
domit  
tus ho  
dem m  
mo im  
non an  
tam sua  
est qui  
comm  
dant  
port  
lius j  
tis sc

V



castitatis: humilitatis: caritatis: tanq̄ tribus panibus reficitur homo dei & roboratur: vt scdm̄ apostolū in die aduentus domini sit integer spiritus: anima & corpus. Spiritum aut̄ voco gratiā quæ adiuuat infirmitatem nostrā ne deficiamus: donec suo tempore metamus bonum quod seminauimus. Vocatur primus panis carnalis vel corporalis: scd̄s rationalis: tertius spiritualis.

¶ Capitulum. LXVIII. De tribus vinculis quibus deo astringimur. In quibusdam sententijs.

**T**ria sunt vincula quibus deo astringimur: & sic tria vt sola cum solis istis: vel istorū similibus: omne quod ligatur liget̄. Et primū accipite funes: scdm̄ clauos ligneos vel ferreos: tertium gluten. Primū astringit fortiter & dure: scdm̄ fortius & durius: tertiu suauiter & secure. Fune quodāmodo alligatus est redemptori: si quis forte dum vehementiori tentatione turbat: proponit sibi honestatis intuitum: memoriā promissionis: & hoc interim fune se retinet: ne propositū penitus abrumpatur. Durum profecto vinculū & molestum: sed & periculosū nimis: & quod diū tenere non possit: si quidem putrescunt funes: & pudoris vinculū aut obliuiscimur aut abrumpimus cito. Est aut̄ qui clauis configit̄ domino maiestatis: quem timor dei ligat. qui nō expauescit ad vultus hominū: sed ad memoriā gehennaliū tormentorū. Et hic quidem non peccare metuit: sed ardere. Durius tamen & fortius primo imprimitur: quia cum ille vacillet in proposito: iste propositū non amittit. Tertius vero glutine ei conglutinā: id est charitate quam suauiter q̄ secure ligatus: adherens dño vnus spiritus est. Iste est qui quæcūq; vnde cūq; siue quæ facit siue quæ ei fiunt: ad suū commodū reuocat & retorquet. Beatus huiusmodi homo & abū danti spūs influens maiestate: qui suauis & vnctus alias benignus portat omnes & portatur ab omnibus: qui terribilius & horribilius ipsa gehenna iudicat: vel in re leuissima vultum omnipotentis scienter offendere.

¶ Capitulum. LXIX. De tribus diebus. In euangelio. Misereor super turbam.

**V**iam trium dierum eas necesse est in deserto: si gratū deo tuo offerre volueris sacrificium. Prima est dies timoris: dies in quā de clarans & illuminans tenebras tuas interior



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL

Liber 180

res / scilicet & horrendum gehenne supplicium demonstrans: in quo sunt tenebre exteriores. Huiusmodi siquidem cogitatio nostrae solet exercere primordia conversionis. Secunda est pietas: qua respicimus in luce miserationum dei. Tercia dies est rationis in qua veritas innotescit: ut tanquam ex debito quodam naturae sine alia consideratione creatori subiecta sit creatura: seruus seruiat redemptori.

¶ Capitulum. LXX. De oculo: manu. & pede. In sermone secundo de angelis: qui incipit. Audistis fratres

**T**ripliciter fieri scandalum quod interius patimur: quotidianum nobis nosse licet experimento. Interdum enim est in nobis spiritualis intentionis oculus simplex: & qui gratiae magis quam noster dicendus sit. sed scandalizat nos oculus noster & qui vere a nobis est: dum voluntas nostra aliam minus castam importune ingerit intentionem. Sed habemus iam super hoc salubre consilium saluatoris. Erue eum inquit & projice abs te. Hoc autem fiet si non consentias: si abijcias / si resistas. Simili modo de manu ac pede est intelligendum. Cum enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas propria conatur: manus nostra est quae scandalizat nos. sed abscindi debet & projici a nobis: ut non ei consentiamus. Sic etiam proficere in sancta conversatione & de virtute in virtutem ire desiderantes: saepe scandalum patimur a pede quodam pusillanimitatis & negligentiae nostrae: qui nimirum descendere magis ac remissius ire conatur. Sed abscindi eum necesse est: ut pes gratiae qui stat in directo currere possit sine offensione / sine scandalo / sine impedimento. Quod autem dicit bonum nobis esse ad vitam introire cum vno oculo aut manu / aut pede: quam duos habentes ire in gehennam ignis: eos notat qui voluntatem suam seu bona seu mala sunt: que sequuntur & ingrediuntur duabus viis: nunc bona nunc mala sectantes: secundum quod variantur desideria sua. Quibus merito utilitas fuerat gratiae in omnibus inherere: & ubi obuiat propria voluntas abscindere & a seipso abijcere eam. Est autem cum multo tempore in abscissione propriae voluntatis nostrae exercitati: aliquatenus eam domamus / ut discat iam non superbire sed magis sine omni scandalo vel contradictione deo subiecta sit anima nostra: nec iam abijcere necesse sit oculum nostrum. nempe qui simplici adhærens oculo factus est & ipse simplex. aut certe iam non alter est oculus: sed vnus



ameo. Quod aut de oculo dictum est: de manu quoq; & pede eodem modo est intelligendū. Cuius enim voluntas ex affectione & cum desiderio gratiæ cohæret: vt nec concupiscat mala agere/ nec bona minora/ nec minus bene q̄ gratia suggerit: hic plane perfectus est vir. Sed pax ista potius est foelicitatis. Abscisio vero sc̄d alorum & tentationum: victoria fortitudinis. Illa inquam gloriæ: hæc virtutis.

¶ Capitulum. LXXI. De triplici aqua. In sermone de sancto Clemente.

**A**ccipe triplicem aquam: quā tibi saluator apponit. Plerat super lazarus & sup ciuitatem hierusalem. Et hæc est aqua prima. Sudat imminente iam passionis hora: & hæc est aqua secunda: non ab oculis tantū: sed a toto corpore manans. Hæc autē rubea est: sanguinei coloris. Iam vero tertia est aqua quæ de latere eius dormientis in cruce: vna cum sanguine emanauit. Et tu quoq; quidem primā habes si rigas lachrymis tuis cōscientiæ stratum: & dolore cōpunctionis præteritorū diluis maculas peccatorū. Secundam habes aquā si in sudore vultus tui vesceris pane tūo: & labore poenitiæ corpus tuum castigas / ac restringis concupiscentiæ flammam. Est autem sanguinei coloris / siue propter laborem: siue etiā propter ipsum quem extinguit concupiscentiæ ignem. Iam vero si proficere potes vsq; ad deuotionis gratiā / potaberis aqua sapientiæ salutaris: & spūs christi qui super mel dulcis est / fiet in te fons aquæ salientis in vitam eternam. Et memento hanc esse aquā quæ procedit a latere dormientis: & sine omni molestia fluit. Oportet enim iam mortuū esse mundo qui in hac voluerit gratia delectari. Ergo vt breuiter repetam: prima quidem a præteritis delictis abluit conscientiam. secunda vt futura caueas extinguit concupiscentiam. tertia si ad eam peruenire merueris: potat animam sitientem.

¶ Ca. LXXII. De triplici loco. In sermone primo de transitu malachiæ qui incipit. De cœlo vobis &c.

**E**st deorsum nos locus quem sibi totū vendicat ignis: adeo vt neminā quidem aquæ guttam de lazari digito misere ille dñes sibi habere potuerit. Est & sursum ciuitas dei quæ leuiticat fluminis impetus: voluptatis torrens calix inebrians q̄ præ-



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL

Liber 30

clarus. In hoc sane medio boni & mali scientia continetur: & voluptatis & tribulationis hic capere est experimentum. Infelix eva in has vicissitudines nos induxit. Hic plane dies & nox. Nam in inferno tantum nox: in caelo tantum dies. Beata proinde anima quae vtrūque pertransit: nec voluptati inhaerens / nec deficiens in tribulatione.

¶ Ca. LXXIII. De tribus in opere mundi considerandis. In ser. penthecostes. qui incipit. Quam libenter

**T**Ria in magno huius mundi opere cogitare debemus: videlicet quid sit / quomodo sit / ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum ineffabilis potentia commendatur: quae tam multa tam magna / tam multipliciter / tam magnifice sunt creata. Sane in modo ipsa sapientia singularis elucet: quae haec quidem sursum / haec vero deorsum / haec in medio ordinatissime sunt locata. Si vero ad quid factus sit mediteris: occurrit tam utilis benignitas / tam benigna utilitas / quae etiam ingratis quosque multitudinem & magnitudine beneficiorum possit obruere. Potentissime siquidem ex nihilo omnia / sapientissime pulchra / benignissime utilia sunt creata. Verum tamen omnia propter semetipsum fecit deus: omnia propter suos. aliter tamen propter se / aliter propter suos. In eo quippe quod dicitur omnia propter se: praeveniens: commendatur origo. In eo autem quod dicitur omnia propter suos: magis exprimitur fructus sequens. Omnia fecit propter semetipsum: gratuita videlicet bonitate. Omnia propter electos suos pro eorum scilicet utilitate: ut illa quidem efficiens causa sit: haec finalis.

¶ Cap. LXXIII. De triplici genere honorum: scilicet naturalium / spiritualium / & eternorum. In quibusdam dicitur

**B**ona domini naturalia: spiritualia: eterna. Et quidem naturalia bona magna: spiritualia maiora: sed maxima sunt eterna. In primis reparamur: in secundis exercitamus: extendimur: & beatificamur in tertijs. Si non potes oculum meditationis in illam sublimitatem eternalium honorum insigere: quia distantia sunt & omnem sensum exuperant in bonis gratiae quae sunt in exercitio virtutum. visum reflecte ut videas quae pure conscientiae / quae libere frontis sit versari & conversari in castitate & caritate: in patientia & humilitate. ceterisque virtutibus quae amabilem deo: placabilem & imitabilem hominibus reddunt. Quod si & haec nimis sublimia sunt.



& transgredientia infirmitatem tuā demitte oculos in bona naturę que tibi ita familiaria esse debent/quantū tu familiaris es tibi. Nec sic dicimus bona naturę: quasi gratię non sint. Sed ideo quod ipsi naturę quodāmodo ingenita & cōplantata fuerint: anteq̄ fieret peccatum illud/ quod non solum personam infecit sed & naturā. Ex tunc non ita nobis ad manum prouenisse monstrantur p̄pter vulnus inflictum: cum tamen nos illa in nobis & circa nos esse tam rationibus q̄ affectionibus plerumq̄ sentiamus.

¶ Capitulum. LXXV. De triplici distinctione bonorum supradictorum. Vbi supra.

**Q**uia nos ex anima & corpore subsistimus: ab animalī parte: id est a bonis corporis incipiamus. Sunt autē omnia bona corporis & quę ei solūmodo debeamus: sanitas. Nichil autē ultra ei dandum est vel quærendū: sed hoc termino ligandum & frenandū est: cum fructus eius nullus sit: & mors sit finis illius. Sed hic fouea est: quę nolo vos lateat. Insidiatur em̄ voluptas sanitati: & tam subtili malignitate prosequit̄: vt vix eam quis vel possit cauere vel nouerit. Quod si voluptati seruitur non sanitati: hoc iam non de natura est. sed sub natura: quę morti manus dat cum magistrā constituit voluptatem. Sicut autē corporis natura est sanitas: ita cordis natura est puritas. quia turbato oculo non videtur deus: & cor humanū ad hoc factū est: vt suum videat creatorem. Hic tamen simpliciter accipimus puritatem: vt videlicet omnia quę agimus pure & simpliciter confiteamur dño in oratione: homini in confessione. Et quia sociale animal sumus: si fieri potest quod ex nobis est: pacem habeamus cum omnibus hominibus. Hęc est enim lex naturalis societatis: vt omnia quę nobis fieri nolumus: alijs ne faciamus. & quę nobis fieri volumus: alijs studeamus impendere. Sanctoꝝ animabus quę de huius mortalitatis carcere ad cœlorū gaudia volauerunt debemus imitationem: quia similes nobis fuere passibiles. Sed & illis qui non in tanta sanctitate: seu perfecta poenitentia exierunt cōpassionem debemus: & orationem. A sanctis vero angelis auxilium quærendū est: quia ammiratorij spiritus sunt missi p̄pter nos vt hæreditatem capiamus salutis. Ab illo autē rerum omniū dño pietas quæranda est: vt illi cuius natura bonitas est: scđm multitudinem miserationū suarū



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL

## Liber

miseretur nostri. Ipsi enim nos & amorem debemus & subiectionem. Amorem quia fecit: & benefecit nobis. Subiectionem quia super nos est. Ita ergo & sanitatem corpori: puritatem cordi: pacem fratri: imitationem sanctis: cōpassionem mortuis: auxiliū ab angelo: pietatem a deo ex archa naturalium bonorum habere debemus. In his autē bonis reparamur & quasi quodāmodo restituimur in antiquū dum ad ingenitā naturę suauitatem reuertimur: dum & nobis & his quę circa nos sunt: & quę supra nos sunt: debitū rerum ordinem exhibemus: & hæc quidem pro nobis naturalibus. Spiritualia autē bona in quibus exercemur: vt ad eterna tendamus longum est enumerare: supra naturā enim esse noscuntur. Nam in spiritali exercitio debemus corpori seruitutem: afflictionē / laborem. Et istam cordi puritatem debemus: vt intentione / cogitatione & opere: hanc circūspicionem habeamus: vt & vita nostra sit fructuosa. & fama gloriosa: non quę fructificet sibi: sed deo. non quę glorificet se: sed partem suū qui in caelis est. Cum his quoque quod erunt pacem esse pacificum discamus: portare omnes & a nemine velle portari. Confitemur etiā mortuis in spe congratulationem adhibendā: quia prope est vt abstergat deus omnem lachrymā ab oculis eorū. Sanctarum vero animarū & angelorū: ardentem conspectum desiderare debemus. In dñm autē deum affectio tota dirigenda est: vt diligamus nos propter ipsum & suscipiamus quę sit illa maiestas: quę cuncta faciat / cuncta contineat / & in quem desiderant rationales creature prospicere. Hęc sunt semite spiritualis exercitij quibus religiosa mens & dilatatur & delectatur: ad eterna bona se extendens. Porro eterna bona illa sunt: quę nec oculus vidit: nec auris audiuit: & quę nunquam exeunt ab illa patria quę nec scit nisi gaudium & iubilationem.

¶ Capitulum. LXXVI. De triplici genere iustorum. In quibusdam dictis.

**E**st iustus qui in principio sermonis accusator est sui: & est iustus qui absque terrore est. Et primus quidem bonus: quia accedit ad vitam. secundus melior: quia currit per viam: tertius optimus: quia iam appropinquat ad finem vite.

¶ Capitulum. LXXVII. De tribus quę faciunt hominem sanctum. In quibusdam sententijs.



**T**ria sunt quæ sanctum faciunt hominem: victus sobrius: actus iustus: sensus pius. Victus sobrius erit si continenter si socialiter / si obedienter / id est caste / caritative / & humiliter vixerimus. Per continentiam enim castitas: per socialitatem caritas: per obedientiam humilitas acquiritur. Actus iustus erit si fuerit rectus: discretus / fructuosus. Rectus per bonam intentionem: discretus per mensuram possibilitatis: fructuosus per utilitatem proximorum. Sensus pius erit si fides nostra deum sentit summe potentem: summe sapientem: summe bonum ut per eius potentiam: nostram adiuuari credamus infirmitatem. per eius sapientiam: nostram credamus corrigi ignorantiam. per eius bonitatem nostram credamus abluere iniquitatem.

¶ Capitulum. LXXVIII. De triplici modo contemplationis. Super cantica. sermone. xxxij.

**E**st locus apud deum de quo sua iura discernit: & disponit consilia ipse vniuersitatis gubernator: leges constituens omni creature: pondus & mensuram: & numerum. Et locus iste altus: & secretus sed minime quietus. Nam & si ipse quantum in se est disponit omnia suaviter: tamen & contemplantem qui forte eo loco peruenerit: quiescere non permittit: sed mirabiliter. quousque delectabiliter rimantem & admirantem fatigat: redditque inquietum. Est item locus de quo super rationalem reprobam quidem creaturam immobilis vigilat secretissima serenissima: quousque animaduersione iusti iudicis dei: terribilis in consilijs super filios hominum. Cernitur inquam a timorato contemplatore: hoc loco deus iusto sed occulto iudicio suo: reproborum nec diluens mala: nec acceptans bona in super & corda indurans ne forte doleant & resipiscant & conuertant & saluent eos. Et hoc non absque certa & eterna ratione: quod tanto formidolosius constat esse: quanto immobilius fixum extat in eternitate. Habet hæc visio tremorem iudicij: non securitatem. Terribilis est locus iste: & totius expertus quietis. Sed est locus ubi vere quiescens & quietus cernitur deus: locus omnino non iudicij non magistri: sed sponsi. in quo deus non quasi turbatus ira: nec velut distentus cura prospicitur: sed probatur in eo voluntas bona: & beneplacens: & perfecta. Visio ista non terret: sed mulcet inquietam curiositatem sedat: non excitat: nec fatigat sensus: sed tranquillat.



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DEE  
SVV  
GL

Liber

Hic vere quiescitur. Tranquillus deus tranquillat omnia: & quietum inspicere quiescere est. Sed heu rara hora & parua mora: vt monstratū est aperte. Et in priori loco exigua: & in secundo nulla perditur quies: cū & illic apparens admirabilis ad indagandi studium exerceat curiositatem: & hic innotescens terribilis infirmitatem concutiat. At vero tertio isto in loco: non plane terribilis: non tam ammirabilis q̄ amabilis apparere dignat̄: serenus & placidus suavis & mitis: & multę misericordię oībus inuentibus se.

¶ Cap. LXXIX. De tribus quę impediunt cōtemplationē. sermone. v. Sup. omeliā. Intrauit iesus & c̄.

**C**onsiderandum est tria esse quę impediunt contemplationem. Equidem animę nostrę oculus intelligentiā est. Sicut enim oculo corporis lux corporea & cætera quęq; corporalia videntur: ita deus qui est lumen incir cūscriptum: & eius inuisibilia vt cunq; intellectu percipiunt̄. Vtrūq; vero oculū tria sunt quę ad videndum impediunt. Potest sane fieri: vt oculus exterior sanus sit & pateat sed qm̄ lux exterior ei desit: nihil videat. Econtrario fit aliquando vt præsens ei quidem lux sit: sed forte sanguine seu quolibet humore concreto turbatus cernere minime possit. Iterum solet plerūq; contingere vt neutrū desit ei nec lux nec salus: sed tamen aliqua pulueris interiectione lædat̄: quo fit vt eius acies retundatur. Sunt ergo tria ista quę hunc oculū impediunt: tenebrę: humor concretus: puluis iniectus. Hęc ipsa sunt etiā quibus interior oculus ille impeditur: sed & alia nomina sortiunt̄. Nam quod hic tenebrę: ibi peccata dicuntur. Ipsa vero peccata confluūt in memoriā quasi in quandā sentinam: & hic est illę humor cōcretus. Quod aut̄ hic puluis dicitur: hoc ibi cura terrenorū actuum nuncupat̄. Hęc sunt ergo tria quę oculū intelligentię confundūt atq; a contemplatione veri luminis excludunt: tenebrę scilicet peccatorum: recordatio eorundem peccatorū: cura terrenorū actuum. Cum em̄ luce iusticię destituimur nihil aliud q̄ pctōrū nostrorū tenebras inuenimus. Quicūq; ergo mentis oculū diuinę contemplationi vult intendere: p̄fecto necesse est vt eum prius ab hoc triplici impedimento studeat purgare. Quod si quis facere cōtendat nouerit cōtra triplicē morbū/triplex q̄q; fore remediū. Nā prim⁹ q̄dem p̄ cōfessionem: scd̄s per oīonem: tertius curat̄ p̄ quietem.



¶ Capitulum. LXXX. De tribus nouissimis me-  
tuendis. In sermone secundo de apostolis Petro &  
Paulo: qui incipit. Sancti isti, & cætera.

**F**ilioli mei memoremur nouissima nostra: ne peccemus. Ni-  
mitem q̄ hæc maxime recordatio faciat timoratum: timor ex-  
pellat peccatum/negligentiam nõ admittat. Nouissima aut̄ no-  
stra sunt: mors iudicij/gehenna. Quid horribilius morte; quid iu-  
dicio terribilius? Nam gehenna nihil potest intolerabilius cogitari  
Quid metuet si quis ad ista non trepidat: non expauescit/nõ timo-  
re concutitur? Nam in morte nõ magnũ: non paruum aliquid de  
bonis huius mundi secum delaturus est homo. In iudicio nec falle-  
re: nec resistere possibile erit. In gehenna penitus nulla consolatio:  
sed perpetuũ ve/vlulatus & fletus & stridor dentium. Time ergo o  
homo q̄ in morte separandus es a bonis omnibus huius corporis &  
tam dulce carnis & animæ vinculũ/amarissimo secandũ diuortio  
est. Time q̄ in terribili iudicio ei præsentandus es: in cuius manũs  
horrendum est incidere/ & eo examinante quem nihil latet. Si quis  
dem inuenta fuerit in te iniquitas: alienandus es ab vniuersitate quæ  
eius & glorię/ & segregandus a numero beatorũ. Time q̄ in gehen-  
na cruciatibus æternis & immensis exponendus es: in sorte diaboli  
& angelorum eius: in igne eterno qui præparatus est eis.

¶ Ca. LXXXI. De triplici malo quod passuri sunt  
peccatores. In quibusdã dictis: scilicet in meditatioibus

**M**alum triplex peccatores manet. Manet enim eos horror  
in exitu: dolor in transitu/pudor in cõspectu glorię ma-  
gni dei. Quis ille pavor erit o anima mea cũ dimissis om-  
nibus quorũ tibi præsentia est tam iocunda: tam gratus aspectus:  
cohabitatio ipsa tam familiaris/ sola ingrediens in incognitã peni-  
tus regionem: occurstantia tibi cateruatim ruerere super te teterrima  
illa monstra videbis? Quis tibi in die tantę necessitatis occurret?  
Quis tuebitur a rugientibus p̄paratis ad escam? Quis consolabit:  
quis deducet? Per ignem etiam nobis transeundũ est: & vniũs cur-  
iusq̄ opus quale sit/ignis probabit tibi. Ibi aurum nostrũ vertetur  
in scoriam. Ibi vniuersa impuritas reuelabitur. Ibi veritas ipsa acce-  
pto tempore quod nobis interim datũ contemnimus iusticias iudic-  
abit. Quid vero illic omnes iusticię nostrę: nisi p̄anus menstruatę

PP



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL  
V  
S

## Liber

reputabuntur: Quicquid nunc paruipendendo transimus: palpando tegimus / dissimulando negligimus / quanto illuc cruciatu vindex flama consumet. Iam vero post ignem illū putas residuum aliquid inuenietur in nobis. Aut tantū erit vt audeamus illud vului maiestatis offerre: aut eius sic astare cōspectui. Quis ille pudor erit quae ve cōfussio / post tanta beneficia: tam tepidos / tam imperfectos tam vacuos apparere ante faciem dñi dei nostri. Quid nos post tāta flagitia: post tanta facinora praesumemus. Quando ab hac purgabitur cōfusione oculus cordis cui nunc operā dare negligimus vt irreuerberata acie veri illius solis radios valeat intueri. Foelix quidem anima quae fiducialiter inimicis suis in porta loquetur. Quid hic itas cruenta bestia. Nihil in me funeste reperies. Foelicioꝝ cuius opus non arserit quem supēdificasse aurum: argentū / lapides preciosos / examen illud inueniet. Foelicissimus qui sine vlla nube cōfusions: reuelata penitus facie gloriā domini specularando: in eandem imaginem transformabit: & similis erit illi videns eū sicuti est vtiq; sup omnia benedictus & laudabilis & gloriosus in secula.

¶ Cap. LXXXII. De tribus speciebus considerationis superne. In quinto libro de consideratione.

**V**bi sumus vallis est: & vallis lachrymarū: in qua sensus litas regnat: & cōsideratio exulat: in qua libere quidem & potestatiue se erexit sensus corporeus: sed intricatus caligat oculus spiritualis. Et foelix qui sensuū beneficium sine quo transire non potest: in obsequiū conuertere potuit: vtens nō fruens: vrgens nō petens: exactor non supplex. Magnus ille qui vsū sensuum / quasdam veluti opes expendere satagit: dispensando in suam & multorū salutem. Nec ille minor qui hunc sibi gradū ad illa inuisibilia philosophando constituit: nisi quod hoc dulcius / illud vtilius / hoc foelicus illud fortius esse constat. At omnīū maximus: qui spreto ipso vsu rerū & sensuū quantū quidem humane fragilitati fas est: non ascensorijs gradibus: sed inopinatis excessibus auolare interdum contemplando ad illa sublimia consuevit. Porro haec tria ita contingunt cum cōsideratio virtutis studio & adiutorio gratiae facta superior: sensualitatem aut premittit ne insolescat: aut cogit ne euagetur: aut fugit ne inquinet. In primo potestior. In secundo liberior. In tertio purior. Puritatis siquidem &



alacritatis pariter alis fit ille volatus. Vis tibi has considerationis species: proprijs distingui nominibus: Dicamus si placet primā dispensatiuā: scđam estimatiuā: tertiam speculatiuā. Dispensatiua est consideratio: sensibus sensibilibusq; rebus ordinate & socialiter vtens ad promerendū deū. estimatiua est cōsideratio prudenter ac diligenter quæq; scrutans & ponderans: ad vestigandū deū. Speculatiua est consideratio se in se colligens: & quantū diuinitus adiuuatur: rebus humanis eximens ad contemplandū deū. Puto vigilanter aduertis aliarum hanc esse fructū: ceteras si non referant ad istam quod dicunt videri posse: sed non esse. Et prior quidem absq; intuitu huius multa serit: & nihil metit. Sequens vero nisi ad istā se dirigat vadit: sed non euadit. Ergo quod prima optat: scđa adorat tertia gustat. Ad quem tamen gustū perducunt & cæteræ & si tardius: nisi quod prima laboriosius: scđa quietius peruenit.

¶ Ca. LXXXIII. De tribus modis quibus vestigā-  
dus est deus & beati spūs qui cum eo sunt. Vbi sup.

**D**eus & qui cum eo sunt beati spūs: tribus modis nostra sunt consideratione vestigandi: opinione / fide / intellectu. Quorū intellectus rationi innititur: fides auctoritati: opinio sola veri similitudine se tuetur. Habent illa duo certam veritatem: sed fides clausam & inuolutā: intelligentia nudā & manifestā. Cæterum opinio: certi nil habens: verū per verisimilia quærit: potius q̄ apprehendit. Omnino in his cauenda confusio: ne aut incertum opinionis fides figat: aut quod firmū fixūq; est fidei: opinio reuocet in questionem. Et hoc sciendū / quia opinio si habet assertionem: temeraria est. fides si habet hesitationem: infirma est. Item intellectus si signata fidei tentet irrupere: reputatur effractor: scrutator maiestatis. Multi suam opinionem intellectu putauerunt: & errauerūt. Et quidem opinio potest putari intellectus: intellectus opinio non potest. Vnde hoc accidit: Profecto quia hæc falli potest: ille non potest. Aut si falli potuit: intellectus non fuit sed opinio. Verus nempe intellectus certam habet non modo veritatem: sed & noticiam veritatis. Possumus singula hæc ita diffinire. Fides est voluntaria quædam & certa prelibatio necdū propalate veritatis. Intellectus est rei cuiusq; inuisibilis certa & manifesta noticiatatis. Opinio est quasi pro vero habere aliquid quod falsū esse nescias.



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL

## Liber

Ergo ut dixi: fides ambiguū non habet: aut si habet fides non est: sed opinio. Quid igitur distat ab intellectu? Nempe q̄ & si nō habet incertū: non magis q̄ intellectus: habet tamen inuolutū quod non intellectus. Deniq; quod intellexisti: non est de eo: quod ultra quæras: aut si est: non intellexisti. Nil aut̄ maluimus scire: q̄ quæ fide iam scimus. Nil supererit ad beatitudinem. Cumq; iam certa sunt nobis: erunt eque & nuda.

¶ Capitulum. LXXXIII. De tribus quæ faciunt mortem sanctorū preciosam in conspectu domini. In quibusdam sententijs.

**P**reciosam in conspectu domini mortem sanctorū eius: facit aliquando vita: aliquando causa: aliquā vita simul cū causa. In confessoribus qui in domino moriunt̄: facit preciosa vita. In martyribus qui pro domino moriunt̄: facit eam preciosa aliquando sola causa. aliquando causa pariter & vita. Et illa quidem mors preciosa est: quā commendat vita: preciosior quā facit causa: preciosissima vero quā p̄uenit vita simul cum causa.

¶ Capitulum. LXXXV. De triplici genere sanctorum. In sermone. v. de omnibus sanctis: qui incipit Festiua est nobis.

**S**unt sancti de celo: & sunt sancti de terra: itemq; eorū qui de terra sunt: quidam adhuc in terra: aliqui iam in celo. Sed inter sanctos & sanctos distat idq; non parū. Nec modo dico q̄ alius alio sanctior. Hæc enim quātitatis potius q̄ qualitatis distantia est: sed quod non modo maius & minus: verū etiam aliter atq; aliter sanctos dici: & vere dici inueniamus. Et forte inter angelos & homines assignari possit ista diuersitas sanctitatis. Neq; tantū triumphantes honorari posse videntur: qui nunq; pugnasse noscuntur. Aliter tamen honorandi sunt nimis etiā ipsi tantū amici tui deus cuius nimirū voluntati semper adheferunt: tanta utiq; fœlicitate quanta facilitate. Nisi forte in eo pugnasse creduntur q̄ peccantibus alijs viriliter perstiterunt: non abeuntes in consilio im-piorū. Honoranda ergo in eis benignitas dei: non ad pœnitentiā adducens: sed abducens ab omnibus quibus pœnitentiā deberet: non eripiens a tentatione: sed a tentatione conseruans. Aliud sane in his sanctitatis genus & proprio modo videbitur honorandum.



qui venerunt ex magna tribulatione: & dealbauerunt stolas suas in sanguine agni: qui post multos agones iam nunc triumphant in coelis coronati quoniã legitime certauerunt. Est ne adhuc sanctorũ aliquod tertium genus: Est sed occultũ. Sunt enim sancti qui adhuc militant: adhuc pugnant, currunt adhuc: necdũ comprehenderunt. Latet eiusmodi sanctitas penes deũ/ clausa est. Siquidem nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed in futurum omnia referuantur incerta.

¶ Ca. LXXXVI. De triplici statu sanctorũ. In ser. iij. de omnibus sanctis. Aduertistis nisi fallor &c.

**T**res sunt sanctorũ status animarũ. Primus in corpore corruptibili. secundus sine corpore/ tertius in corpore iam glorificato. Primus in militia/ secundus in requie. tertius in beatitudine cõsummata. Primus deniq; in tabernaculis: scd's in atrijs tertius in domo dei. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum multo magis tamen atria cõcupiscibilia: sed beati omnino qui habitant in domo tua dñe. In dedicatione sermone quarto. O admirabilis domus: & dilectis tabernaculis/ & atrijs concupiscibilibus præferenda. Siquidem gloriosa dicta sunt de te domus dei. In tabernaculis enim gemitus poenitentię. In atrijs gustus leticię: in te sacietas glorię. Hęc quidem infima/ domus orationis media expectationis: tu gratiarũ actionis & laudis. Foelix proinde qui hic declinauerit a malo quod est culpa: & fecerit bonũ. vt illic a malo quod poena est liberetur: in te recipiat bonũ. Hic nimirũ primitię spūs: illic dituitę: in te plenitudo. Hic deniq; fium sancti: illic securi: in te beati. Hęc siquidem primitię spiritus quæ militantibus interim p̄rogantur: sanctitas in conuersatione: pietas in intentione: virtus in colluctatione. In sanctitate conuersationis poenitentię fructus intellige: & corporalia quæq; diuinorũ exercitia mandatorũ. At quoniam hæc nisi simplex fuerit oculis simplicia esse nõ possunt: necessario pietas intentionis & puritas cordis exigitur: ne vel honoris ambitus/ vel laudis surripiat appetitus. Memento tamen solã ex omnibus perseverantiã coronari: nec eandem facile posse inter tot discrimina vendicari: nisi multiplicem obtineas in tam multiplici colluctatione virtutem. Hęc in tabernaculis. Porro in atrijs: quæ post molestos conflictus: amœna iocunditate fouendos ex-



FLO  
BERN  
ADA  
ERAS

DEE

SVV

GL

V

## Liber

epiunt exeuntes: iam diuitie spiritus erogant: requies a laboribus: securitas a solitudinibus: pax ab hostibus. Vbertatem autem domus illius & torrentem voluptatis: nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Nec ergo audire velis o homo quod auris hominis non audiuit: nec ab homine queras quod humanus nec oculus videt: nec animus capit. Eia ergo viriliter interim in tabernaculis militemus: vt suauiter deinde in atrijs quiescamus: vt nouissime in domo sublimiter gloriemur.

¶ Capitulum. LXXXVII. De triplici gaudio quod habent sancti scilicet ante mortem / ante iudicium / post iudicium. In sermone. ij. de omnibus sanctis: qui incipit. Quia sanctorum omnium &c.

**E**st testimonium conscientie non quod perhibeat conscientia sed quo loquitur spiritus veritatis in ipsa: testimonium perhibens spiritui nostro quod filij dei sumus. Cum enim veritas applaudit: cum iusticia attestatur: dei sine dubio commendantis vox est & spiritus sancti testimonium perhibentis. Ita quoque dum adhuc militat gaudent utique electi dei: sed tantum de primitiis spiritus: qui & infirmitatem eorum adiuuat virtute sua: & pusillanimitatem eorum attestacione sua consolatur. Iam vero consummato militie tempore: gaudium habent sancti etiam in spiritu suo. & licet non plenam habent tamen leticiam multam in corde suo: donec veniat dies illa qua implebit eos dominus leticia cum vultu suo: in qua gaudium habituri sunt: etiam in corpore suo. Ad requiem enim exute a corporibus anime sancte protinus admittuntur: ad gloriam regni non ita. Interim conuertuntur in requiem suam: donec veniat dies qua introire mereantur in requiem domini. Iam vero nemo ex vobis parvam aliquam requiem aut leticiam suspicetur eorum qui ab omni penitus molestia liberi recogitant annos suos in dulcedine anime sue: letantur pro diebus quibus humiliati sunt: annis quibus viderunt mala: cum iocunda admiratione considerant pericula quae euaserunt / labores quos pertulerunt: certamina quae vicerunt: & pro his omnibus certa & indubitata fide expectant beatam spem & aduentum glorie magni dei & saluatoris sui qui resuscitabit: & reformabit corpora eorum: configurata proprii corporis claritati. Quanta est felicitas eorum quae immanens leticia: qui nimirum triplici gaudio de recordatione trans-



actę virtutis: de exhibitione presentis quietis: de certa expectatione future consummationis exultant. Vbi supra. sermone. iij. In illam enim beatissimā domū nec sine nobis intrabunt cum corporibus suis: id est nec sancti sine plebe: nec spiritus sine carne. Neq; enim prestari decet integram beatitudinem / donec sit homo integer cui detur: nec perfectione donari ecclesiā imperfectā. Acceperunt tamen iam singulas stolas: sed non vestient duplicibus / donec vestiamur & nos. Stola enim prima ipsa est quā diximus foelicitas & requies animarū. scđa vero immortalitas / & gloria corporū.

¶ Capitulum. LXXXVIII. De tribus considerandis in festiuitatibus sanctorum. In sermone de vigilia apostolorum Petri & Pauli.

**T**ria sunt quę in festiuitatibus sanctorū vigilanter considerare debemus: auxiliū sancti / exemplū eius / confusionem nostram. Auxiliū eius: quia qui potens in terra / potentior in coelis est ante faciem dñi dei sui. Si em̄ dū hic adhuc viueret miseratus est pctōribus & orauit pro eis: nū tanto plus quanto verius agnoscit miserias n̄as. orat pro nobis patrē: quia beata illa patria caritatem eius nō immutauit: sed augmentauit. Neq; em̄ quia impassibilis oīno / ideo in cōpassibilis factus est: sed nūc potius induit sibi viscera misericordię / cū ante misericordię fontē assistit. Debeamus etiā attendere exemplū eius: quia q̄ diu visus est in terris & cū hoībus conuersatus est: nō declinauit ad dexterā / neq; ad sinistrā: sed viam regiā tenuit. Intuemini humilitatem operū eius / auctoritatem verborū eius: & tunc videbitis quō tam verbo q̄ exemplo luxerit inter homines: qualia nobis vestigia dereliquerit: vt ambulemus per ea & in eis. Sed & diligentiori intuitu confusionem nostram aspiciamus: quia homo ille similis nobis fuit passibilis ex eodem luto formatus ex quo & nos. Quid ergo est quod non solum difficile sed impossibile credimus: vt faciamus opera quę fecit / vt sequamur vestigia eius? Confundamur & cōtremiscamus ad vocem istam: si forte hęc confusio adducat nobis gloriā: si forte gratiam generet nobis timor iste. Homines isti fuerunt qui præcesserunt nos qui tam miserabiliter processerūt per vias vite: vt vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in sanctorum festiuitatibus & gaudere & confundi debemus. gaudere quia patronos præmissi-



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE

SVV

GL

## Liber

mus: confundi quia eos imitari nō possumus. Ita semper gaudij  
nostrum in hac valle lachrymarū: lachrymarū pane condiri debet:  
vt semper non solū extrema: sed & prima gaudij occupet luctus.  
quia etsi magna est gaudiorū materia: sed maxima dolorū.

¶ Ca. LXXXIX. De triplici desiderio provenien  
ti ex memoria sanctorū. In sermone quinto de om  
nibus sanctis: qui incipit. Festiua nobis est dies hæc.

**V**lgo dicitur. Quod non videt oculus: cor non dolet.  
Oculus meus memoria mea: & cogitare de sanctis quo  
dammodo eos videre est. Sit nempe portio nostra in ter  
ra viuentiū nec modica sane portio: si tamen vt decet memoriā af  
fectio comitetur: sic inquā conuersatio nostra in caelis est. Verū  
tamen non sic nostra sicut illorū. Ipsorū enim substantia ibi est: no  
stra autē desideria. ipsi per præsentia: nos per memoriā ibi sumus.  
Quando & nos addemur ad patres nostros: qñ essentialiter præ  
sentabimur eis? Hoc enim primū desiderij quod in nobis sancto  
rum memoria vel excitat vel incitat magis: vt eorū tam optabili so  
cietate fruamur: vt mereamur conciuēs & contubernales esse spi  
rituum beatorū. misceri cœtui patriarcharū / cunctis prophetarū / se  
natui apostolorū / martyrum exercitiibus numerosis confessorū col  
legijs / virginum choris / in omnium denique colligi & colletari cōmu  
nionē sanctorū. Singulorum quippe recordationes quasi scintille  
singule: immo quasi ardentissime faces: deuotos accendūt animos  
vt eorum & conspectū sitiant & complexū: adeo vt plerūq; etiā  
inter eos esse se reputent. modo ad omnes simul modo ad hos vel  
ad illos tota aueritate & vehementia corda vibrantes. Non modo  
tantū societas: sed etiam foelicitas nobis optanda est sanctorū. vt  
quorum desideramus præsentia: gloriā quoq; feruentissimis stu  
dijs ambiamus. Sane vt eam nobis sperare liceat / & ad tantā beati  
tudinem aspirare: sumopere nobis desideranda sunt suffragia quæ  
sanctorū: vt quod possibilitas nostra non obtinet: eorū nobis in  
tercessione donetur. Hæc nostra & eorū coherentia est: vt nos cō  
gratulemur eis ipsi cōpatiātur nobis: vt deuota meditatione regne  
mus in eis: ipsi in nobis / & pro nobis militant pia interuentōe. Nec  
est quod de eorū pia erga nos sollicitudine dubitemus: qñ quidem non  
consumandi sine nobis. expectant nos vsq; dum retribuatur nobis:



vt videlicet in nouissimo die magno festiuitatis omnia simul in vi-  
rum perfectū cum suo tam excelsō capite membra concurrant: &  
laudetur cum hæreditate sua Iesus christus dñs noster.

¶ Capitulum. XC. De triplici plenitudine habenda  
in futura vita. In quibusdam dictis.

**I**N illa patria quæ nescit nisi gaudiū & iubilationem nihil de-  
est. Ecce abundantia qua impleatur humana cupiditas. Quæ  
est ista copia vbi nihil quod nolis sit: totū sit quod velis? Quæ si  
nihil deerit nobis: aliquid aut nos latuerit: nunquid erit gloria cō-  
summata? Ideo nihil latebit nos. Et ecce sapientia qua curiositas  
hominis facietur. O sapientia qua tunc omnia que in cælo & que  
in terra sunt: perfectissime cognoscemus in ipso fonte sapientiæ re-  
rum omnium cognitionem bibentes. Non metuā suspitiones: non  
timebo consilia: quia ciuitas illa (iuxta iohannem) purissimo vitro  
similis erit. vt sicut per vitrum lucidissime cernimus: sic aliorum cōscien-  
tias clarissime videamus. Quæ si & nihil defuerit & nihil latuerit  
maneat aut timor & anxietas amittendi? Ideo nihil terret. Et ecce  
potentia quæ humana infirmitas roboret. Qui posuit (inquit) fines  
tuos pacem & confortauit seras portarum tuarum: ita vt nullus inimicus  
intret / nullus exire possit amicus. Vbi ergo summa abundantia /  
summa sapientia / summa potentia est: puto quod nihil desit plenitudini  
beatitudinis / quantum spectat ad summam felicitatis humane.

¶ Capitulum. XCI. De triplici modo fruendi deo  
in futura vita. In sermone quarto de omnibus san-  
ctis: qui incipit. Cum de altari.

**T**Ripliciter in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur deo  
videntes eum in omnibus creaturis: habentes eum in nobis-  
ipsis. Et quod his omnibus ineffabiliter iocundius sit atque  
beatius: ipsam quoque cognoscetes in semetipsa trinitatem. & glo-  
riam illam sine vilo enigmate: mundo corde oculo contemplantes. In  
hoc enim erit vita æterna vt cognoscamus patrem & filium cum san-  
cto spiritu: & videamus deum sicuti est. i. nō modo sicut inest nobis  
videlicet aut ceteris creaturis / sed sicut est in semetipso. Vnde duo  
illa velut circūiacentia esse videntur que prædiximus: & quasi cor-  
tex tritici. Hæc vero cognitio summa beatitudinis: tritici medullas:  
adeps frumenti: quo ciuitas sancta hierusalem satiatur. Verum quod

QQ



FLO  
BERN  
ADA  
IRAS

DEE  
SVV  
GL  
V  
S

### Liber

magna est beatitudo illa: tam abscondita est ab oculis nostris: quā nec oculus vidit / nec auris audiuit / nec in cor hoīs ascendit: quāta claritas / quāta suauitas / quāta iocūditas / maneat nos in illa cognitōe Pax dei est illa que exuperat oēm intellectū: quantomagis oēm sermōnem nostrū. Quod ergo nulli datū est experiri nullus conetur effari. Ibi cumulus fœlicitatis / ibi supereminens gloria / ibi superfluens beatitudo. Nam quō videndus sit in creaturis / quō in nobis habendus: possumus vel ex parte conijcere in ipsis nimirum quas accepimus iam primitiis spūs. Cognitio autē illa omnino adhuc nobis incognita est / mirabilis facta est / confortata est: vt non possumus ad eam. At vero quemadmodū in creaturis videndus sit: possumus aliquatenus intelligere / nimirū cum & modo videatur in ipsis. Verum quantūcumq; proficiat quis intelligendo conspiciere quē potentissime / quē prudentissime / quē benignissime maiestas eterna fecerit omnia: cuncta regat / ordinet vniuersa / prorsus modicum ab eo quod est comprehendit. Veniet autē quando iam lesquemur agnum quocūq; ierit: & in omnibus consequemur creaturis. vt in omnibus gaudeamus: quod est gaudium dñi. Gaudeamus sane in omnibus: sed non aliunde quē de ipso. sicut ipse non alijs fruitur: sed semetipso. Expliciat liber Octauus.

### Incipiunt capitula libri. IX.

De quattuor virtutibus: quib⁹ vestitus fuit primus homo.	i.	De quattuor generibus lacrymarum.	xij.
De quattuor statibus p̄cedentib⁹ conversionem nostram.	ij.	De quattuor molestiis hoīs.	xij.
De quattuor diebus p̄nitentię.	ij.	De quattuor quibus seruit homo in hac vita.	xv.
De quattuor gradib⁹ ascensōis.	ij.	De quattuor generib⁹ hominū regnam cœlorū possidentium.	xvi.
De duplici morte: & duplici resurrectione.	v.	De quattuor generibus tentationum.	xvij.
De quattuor fontibus prodeuntibus de paradiso spiritali.	vi.	De quattuor cornibus crucis.	xvij.
De quaduplici cōscientia.	vij.	De quaduplici superbia.	xix.
De quattuor affectōibus anime.	vij.	De quattuor modis quibus itur ad consilium impiorū.	xx.
De quattuor virtutibus nobis necessarijs.	ix.	De quattuor pedibus quibus cathedra pestilentie subsistit.	xxi.
De quattuor modis orandi.	x.	De quattuor modis hōim.	xxij.
De quattuor quibus debitor est hō.	xi.	De quattuor generib⁹ hōim.	xxij.
De quaduplici cōpunctione.	xij.		



De quattuor rotis curru spiritua-	bus de fonte christo.	xxx.
lis.	xxiiij.	De quattuor ordinibus in proceso-
De quattuor spinis.	xxv.	sione domini.
De duobus bonis quæ oculum in-	De quattuor generibus spirituum	xxxij.
teriozem faciunt simplicem: & du-	De quattuor fontibus predeuribus de	paradiso nro christo dno.
obus malis quæ eum faciunt ne-	xxvi.	De quattuor beneficijs dei.
quam.	De quadrifaria diuisione oculi in-	De quattuor speciebus contempla-
De quadrifaria diuisione oculi in-	terioris.	xxvij.
De quadrifaria diuisione supradi-	sta.	xxvij.
De quadruplici iusticia.	xxix.	De longitudine: latitudine: subli-
De quattuor riuulis descendenti-	Explicunt capitula libri noni.	

**Incipit liber nonus. De virtutibus quattuor quibus vestitus fuit primus homo. In sermone primo de annunciatione dnica cap. i.**



Quattuor his virtutibus misericordia & veritate: iusticia & pace: amictus fuit primus homo ab ipso suæ creationis exordio. Est enim in his quattuor: salutis integritas. Nec sine his omnibus potest constare salus. Præsertim cum non possint esse virtutes: si ab invicem separentur. Acceperat igitur homo misericordiam custodem scilicet atq; pedissequam: vt ipsa præueniret: ipsa & sequeretur eum: ipsa quoq; protegeret & conseruaret vbicq;. Sed erat illi necessarius etiam eruditor tanq; ingenuæ & rationabili creature: vt nõ sicut fumentum aliquod custodiret: sed tanq; paruulus educaretur. Cui sane magisterio nemo poterat apertior inueniri q̃ veritas ipsa que eum in agnitionem summe produceret aliquam veritatis. Interim verone sapiens inueniret: vt faceret malum. essetq; peccatum & tanq; scienti bonum & minime facienti: iusticia quoq; qua regeret accepit. Ad huc autem & pacem qua frueretur & delectaret addidit manus benignissima creatoris. Pacem utiq; duplicem: vt nec intus pugne nec foris timores: id est nec caro concupisceret aduersus spiritum: nec esset ei vlla creatura formidini. Nam & bestijs omnibus libere imposuit nomina: & serpens ipse quod vtolentia non præsumpsit: fraude magis eum aggressus est. Quid huic deerat quem misericordia custodiebat: docebat veritas: regebat iusticia: pax fouebat.

QQ ij